


Bibliothecae

M. PETRI JOSEPHI CANTII

R Y D U L S K I,

In Alma Studii Generalis Universi-
tatis Cracoviensis Academia Docto-
ris & Professoris Laureatis Pres-
bytero Saecularis.

~~M. [illegible]~~


M. Iacob Susn[illegible]

m. p.

re lib 1604 inventus

Hat. 31. de ordine 8 [illegible]

III



III

wydrukowane
w statucie Facult. philosoph.
a. 1849

Observationes Decani Artist. Facul:
tat: ex libello manu scripto R. oli
D. M. Martini Slaboszewski S. Th. Li:
centiati à M. Martino Glicerio Collegа
Bularni [illegible] Crac: vel Collectæ et Facultati
[illegible] pro D. Decanis donatæ.

Anno M. DCI.

Prima

Decanus ex Maioris Collegio hyberno tempore,
Sabbatho ante diem festum S. Galli proximo, æstivo
autem Sabbatho ante festum S. Georgii proximo,
elegi debet, idque ratione promotionis, vel temporis,
si non in participatione, saltem in facultate, Ex:
traneus etiam Magister, æstivo tempore, certis cau:
tellis observatis elegi potest. Vide Conclusio Facul:
tatis [illegible] Folio III

II

Qui Mgr in Minori Collegio Decanus non fuit: idem
iam ad facultatem olim susceptus in Collegium maius
vocatus poterit elegi Decanus hyberno tempore nisi
quid obsisteret. Vide Statutum Facultatis folio 15

III

Decanus per descensum eligi solet. habita ratio-
ne morum, diligentiae et laboris in Academia.

IV

Decanus non obligatur extraneorum Magistrorum
disputationes observare, aut inscribere: nisi quoties
disputaverint toties se disputasse Decano decla-
rent.

V

Decanus Maioris Collegii ep[illegible] tantum
lectoria legentibus Magistris obambulet: et di-
ligenter auditorum frequentiam observet et annotet:
idque tantum sub initium, medium et finem com-
mutationis faciendum illi est. Nam aliis quidem
diebus satis est, si legatur nec ne a Magi-
stris, per Bidellum observet et annotet. frequentiam
mutationis, et quo die quis neglexerit in chartam
descriptam referat. Hoc idem illi faciendum est
eo die quo dismembratio ex parergiis pro-
fessoris futura est. Decanus circum [illegible] suis
ut dictum est insignibus vestitus obambulet lecto-
ria: noteque non modo numerum, sed aetatem et-
iam, et conditionem Auditorum, num pueros,
num adultos, num studiosos, num Baccalaureos,
num proprios pueros, aut discipulos num extra-
neos

neos, vel aliorum habeat.

VI

Decanus et locum post Doctores in Convoca-
tionibus locum habet. (cuiuscunque quis illo con-
vocationes fuerit) et illos ad offerendum earum
immediate sequitur. In Convocationibus Maxi-
mum primus ita ingenio, moribus eruditione pri-
mus esse debet

VII

Decanus tempore dismembrationis, quae semel an-
nis singulis fit: a Rectore Universitatis
sapienter moneatur et diligentias Magistrorum,
numerum, aetatem, conditionem Auditorum in principio
et fine Commutationis paratas habent eique offerat: aut
ipse eidem convocationi adsit. Marcam accepturus.

Modus Convocationis, eligendi
Decanum quod fit Sabbatho ante Fe-
stum S. Galli et S. Gregorii

Egregie Domine Doctor et Magister Venerabiles ad-
sit Vestra hodierno die hora [illegible] in hypocau-
sto Comperii Maioris Collegii, dum signum Cam-
pana datum fuerit ad Eligendum novum D. De-
canum facultatis Artisticae, pro instanti commuta-
tione. Sub poena cassatis et non contradicendi.

Detur omnibus Dominis Doctoribus, et Magistris facultate Artistica regentibus, ex parte Decani facultatis Artisticae
Nota hyemali tempore debet convocari 19 Aestivo vero 17 similiter ad incipiendum horas cum lectionibus

I Regula

Dabit Decanus eodem die, alias convocationis literas, ad audiendam petitionem Magistrorum facultati Artisticae, se incorporari volentium, si qui fuerint, idque consentientibus Consiliariis.

II Regula

Ingressus in hypocaustum Decanus, postulante necessitate, et legibus Convocationem ad eligendum novum D. Decanum, a se datam ostendat. et quorum Magistros quorum est qui se cooptari in numerum Magistrorum facultatem regentium postularent eorum causa Convocationem esse datam si grafici primoque loco eam legat. postea de loco veniusque inducat tandem locum datum esse ostendat.

Convocatio ad audiendam petitionem Magistrorum Artisticorum Facultati se incorporari postulantium: quae fieri debet ipso die Electionis decani

Egregie Domine Doctor. et Magister Venerabilis: adest Item. cras hodierno die in hypocausto communi Maioris Collegii hora (vel supra) dum signum campana datum fuerit, ad audiendam petitionem, unius vel duorum Magistrorum, Artisticae facultati se incorporari volentium, sub poena non contradicendi.
Detur omnibus D. Doctoribus et Magistris facultatem regentibus, ex parte Decani facultatis Artisticae. Tatoque isti convocationi loco (hui etiam facultatem petentes interesse debent) enumeret Magistri petentes, suas diligentias legendi, et Disputandi Decano interim Cimetandi seu [illegible] Academiae inspiciente, si enim toto biennio lectiones habes, aut omnes aut saltem tres, cum disputationibus habebit omnibus: debebit admitti.
Nota Magistri petentes se incorporari ad facultatem Philosophiae debent ante accedere Decanum et Consiliarios, et petere velint sibi esse adiumento, ad eam rem obtinendam. Decanus quidem, ut Convocationem eo nomine det, Consiliarios ut consentire velint.

I Regula

Admisso ad Facultatem Magistro, legat illi Decanus Statuta; quae manu stipulata promittat se diligentissime servaturum, multoque diligentius quam [illegible] lecturum, et veste talari nuncius usurum:

+

in lectionibus publicis et disputationibus conuo:
cationibusque: Quo facto Mgr electus una cum
alijs potestatem habebit eligendi nouum Decanum

II

Admissa conuocatione de eligendo Decano fi:
at S. Spiritus flexis genibus invocatio et B. Car:
tij vestis per Sacristanum adferatur

III

Electus Decanus, iurat Superioris Commuta:
toris Decano, se omnia statuta facultatis ser:
vaturum: et negligentias diligentiasque omnium
Dnorum Mgrorum annotaturum

IV

Assumptis insignibus Magistratus seu Decanus
Consiliarios sibi duos designari ex medio eorum
postulet: quorum consilio et auxilio in omni re fa
cultatis bene ordinanda uti possit, commodissime,
et qui nam sint eligendi, seruetur solemnitas hoc
modo Venerabiles D. Mgri quandoquidem me D.V.
elegerunt et constituerunt, Deo ita disponente fa
cultati huic Decanum: proinde ne quid eidem
in meo Decanatu decedere videatur, peto mihi
a D. V. adiungi consiliarios, quorum consilio in
omnibus facultatis eiusdem negotijs, commodissime

uti

uti possit. Quaero autem ex D. V. qui nam sint eli
gendi

V

Consiliarii eligantur duo, unus ex domo Maio:
ri, secundus ex minori aut si ita videbitur extra:
neus. Quibus electis, superioris commutatoris decanus
una cum decano nouo, capsas omnes et cistam, cum
libris facultatis reddat.

VI

Decano nouo Academicis decorandus prof. 6
habet, quorum duos sibi accipiet Decanus, binos Con
siliariis habet. Hi autem Mt universam supellecti
lem Decani redditam significabunt.

VII.

Gratias agat Decanus D. Mgris, quod pro omni:
mento facultatis Artistarum, liberrissime conuocati
omnes interesse non sint dedignati. Quam rem post
singulas conuocationes facere debebit Decanus re:
stificandae gratitudinis causa, et sui erga illos amoris.

Postero die Electionis suae, Deca:
nus pro accipiendis bonis, conuocationem
his verbis faciet

Egregie D. Doctor et Mgr: Venerabilis: adsit Hun:
tia hodie hora 19 vel ut ante 17 in Hypocausto

Maioris Collegii, dum signum Campana datum
fuerit: ad relinquendas pro instanti Convocatione
aestiva vel hyberna horas cum lectoribus ex loco
et ordine earumque lectionum quae sunt ex ordine
proximis diebus# accepto. Sub poena carentiae et # p. hor.
non contradicere. Det omnibus D. Doctoribus et,
Magistris. Ex parte Decani facultatis Artisticae.

I Regula.

Propter maiorem convocationis auctoritatem De:
canus studere solet. Magnificum D. Rectorem, et D. Do:
ctores statim a prandiis eiusdem diei eosque in
suum modum ad eandem convocationem invita
bit, lege modo solito. Magnifice D. Rector, dedi
hodie convocationem pro accipiendis horis et lectio:
nis hora 1 in hypocausto communi domus maio:
ris cui quoniam omnes D. Magistros Philosophiae et humani:
tatis Professores, interesse oportebit: proinde peto
velit M. V. praesentia etiam sua, eandem con:
decorare, et pro sua prudentia, nos admonitioni:
bus paternis instruere, rem ut se dignam, ita
nobis gratam et utilem M. V. factura. simili e:
ratione uti potest et ad D. Doctores.

II

Decanus et Hypodidascalus suis insignibus ornatus
ingredietur, mores et consuetudine antiqua ad
fluentandas Convocationes, se [illegible] ostendet
eamque

eamque ita ut scriptum est leget: et habeat locum nec
ne inquiret (quod illi in omnibus convocationi:
bus est necessario faciendum). si tardius venerint D.
Doctores, admissa iam Convocatione inducere tamen
ad eos debet R. Pater. Data est Convocatio pro
accipiendis horis: itaque Quaero. ubi habeat locum.
Rector autem Consiliarius, in charta horas omnes
et lectiones scribat. Sed primo ad M. D. Rectorem
M. D. Rector si aliqua sunt quorum nos M. V.
pro tempore et loco admonere velit: libenter audi
emus. Similiter et ad D. Doctores si affuerint in
ducere. R. Pater, si aliquid est quod in medium af
ferre velit, pro instructione omnium nostrum, nos
parati sumus summa cum attentione et bene:
volentia audire. Interea R. P. solent admonere
officii, diligentiae, morum et dignitatis suae Profes
sores. Quod quidem primus M. D. Rector faciet
cui etiam primo vel in genere omnibus simul De:
canus respondere debet in hunc sensum. M. D.
Rector R. P. admonitiones R. V. satis prudentes
et vere paternas eo quo decet animo, cum de:
bita etiam gratiarum actione, accipimus: iis
gratum ex nobis erit, Dei adiuti praesidio, satis
facturi. Tandem ad Magistros inducet.

III

Venire debebit in eam Conuocationem Decanus bene instructus, ut sciat quas lectiones Aristotelis duabus superioribus commutationibus à Regijs Professoribus lectas sint quasque vacassent. Quam hoc intereat superioris Decani die S. Gregorij et S. Aegidij observare.

IV

Regij Professores ut primo lectiones Aristotelicas accipiunt, et per Triennium universus Artis cursus ab illis absolui possit ita etiam primo horas accipiant.

V

Cauebit Decanus, ne matutinas lectiones Aristotelicas, pomeridianis horis, propter exercitationes, legantur, nisi hoc fieri aliqua cogat necessitas: neue pomeridianae in matutinas moveantur. Item ne lectiones multis 13 aut 4 hora hic estate, illic hyeme legantur. Dialecticae causa. Qua in re quid consuetudo receperit, Decani interest observare.

VI

Lectiones pro absentibus legendas, cum lectorijs et horis ultimo loco accipi debent.

VII

Acceptis lectionibus Decanus palam dicat Esse hoc consuetudine Maiorum approbatum: ut singuli D. Mgri Decano promittant, manu scripta, se diligentissime lecturos: proinde et sin

11

et singuli ad id faciendum assurgant: quo facto discedant omnes ex Hypocausto.

IIX

Lectionum Lectoriorumque cum horis, inter Magistros, ex mutuo consensu, commutatio fieri non debet: nisi assentiente Decano, et permittente. Alias irritum fore vid. Concl. Facul. Fol. 8.

Decanus ipso die Electionis D. Rectoris, tres intimationes faciet, hac forma

Primam absque sigillo his verbis

Mgr Martinus Gelenius, Artisticae facultatis Decanus, ipso die inchoationis studij. Quaest. Phys. hora 22 hyeme estate 20 in lect. Artis enarrare incipiet

Alteram sigillo obsignatam

Proximo die Mercurij vel alio in quem inciderit Luna die Innouatio studij futura est Datum decanatus sub sigillo

Tertiam similiter obsignatam

Decanus Artisticae facultatis, mandat omnibus artium et Dnis Baccalaureis, ut hodie hora 19 vel alia modo sit pomeridiana, in Lectori-

um Galeri conveniat: ad audienda ea omnia quaecunq ad ipsorum statum, honorem et incrementum studiorum pertinent sub poena 8 gross. Datum de caratg sub sigillo

I Regula

Has tres convocationes Decanus ipso die electionis D. Rectoris, clara voce in lectorio superiori legat.

II Regula

Si pestis impedimerit, ne, quo die eligitur Rector eadem tres supra scriptae convocationes fiant: fieri tamen debent necessario, pro die Innovationis studij à D. Rectore assignato

III

In hac convocatione quae Baccalaureorum fit Decanus antequam dejeciat Baccalaureos in classes disputandi et respondendi (quorum primus scribere illos suis nominibus debebit) leges illis et secundae laureae lectiones, disputationes recenseat, studiosis etiam narret, quas lectiones ad consequendam lauream, et quod disputationes requirat decem in lectorio superiori, totidem in inferiori ordinandas: scilicet extra ordinem sub D. Magistro sub Baccalaureis totidem requiruntur. Verum autem luculentissima Oratione incipiebit ad faciendum studia literarum optimos mores, et vivendi elegantiam et lego modo si placet folio.

Egregii

Egregii Domini Baccalaurei consuetudine monente iam pridem in hac Alma Universitate receptam: fecit convocationem D.V. quondam D.V. commoniturus, quae officia D.V. concernere videntur. Sum quidem ego de D.V. bene persuasus sperans quemque vestrum non invite facturum ea, ad quae facienda et complenda est obligatus: ut tamen ad omnia D.V. sint eo promptiores et alacriores, aliqua in medium pro tempore, breviter afferre operae pretium putavi. Admonitio enim, etiamsi aliquis agat ea, quorum admonetur, semper est admodum utilis habenda: quod et Ovid. 2. de Ponto comprobat dicens.

Quod fuerat sponte ac ultro factura invitus
Plenius auctorem te quoque nacta facit
Accersat in palmas per se cursurus honores
Si tamen horteris, fortius ibit equus

I

Ante omnia autem illud apud se perpendant omnes diligenter quod promiserint manu stipulata Decano, post illam solennem susceptionem, examine peracto, et postea publice, in Promotionibus suis hoc idem repetierunt. Promiserunt autem D.V. immo iuraverunt: Quodcunque requisiti fuerint à Decano ad respondendum, disputandum, legendasque lectiones statis diebus: non gravatim nec retu:

Erant[?] pectore, sed ultro et prompte se hoc facturos, fideliterq in alma hac Universitate laboraturos: Hoc idem ut commutatione hac, et postea quoties tempus, et res ipsa monebit, faciant moneo, et hortor, iuramenti illius effectum et executionem nunc a vobis exposcens. Ne ergo toties pueri meas eadem de re D. V. frustra adeant: nec D. V. illis se defendant excusationibus, sed statim sine ulla cunctatione, et Recep. suscipiant, et quod muneris vri debiti erit, diligenter et alacriter obeant. Sic enim futurum est ut et ego, et Academia propter D. V. bene audiam et D. V. apud R. Pres, atq adeo totam Universitatem, bonam sitis habituri existimationem. Quodsi aliquis eiusmodi inveniatur (quod quidem nec spero nec eventurum cupio) qui officij et iuramenti immemor, labores subterfugere, nec Decano parere voluerit: certe necessum erit cum eiusmodi, ita procedere: ut legum authoritas praescribit. Ne autem se alias ignorantia postea excuset: sciat poena 8 gross. se is toties incursurum, quoties requisitus a Decano, offm sibi iniunctum exequi neglexerit.

Hac lego de re Statutum. Communicas[?]. e

II

At cum Magistratus quoq a Deo ordinatus sit:

sit: idemq Deus graviter graviter se in eos animadversurum minetur, qui Magistratum non eo honore quo debent afficiunt: D. V. caveburt diligenter ne hac in parte aliquid peccare videatur Illud Apostoli prae oculis semper habentes, cui tributum huic tributum, cui honor huic honor quoties D. V. Decanum adire voluerint in causa aliqua in habitu decenti tempori, loco personaeq servienti. D. V. illum adeant, cum eo ne contendant sed ubiq modestiae et honoris recordentur, illius memores ut nos maiores sic nos colere minores. Quodsi aliquis gravatum se senserit esse vel mandato vel Decreto Decani sine contentione ulla ad superiorem Magistratum appellare poterit, si enim quod absit aliquis Decanum verbo aliquo vel priuatim laeserit, vel publice dehonoraverit, caveat ne Conclusioni huic ex actis Rectoris extractis subiaceat, quam lego Christi nomine invocato.

III

Illud quoq D. V. non minori curae sit ut mores vro ordini competentes pro vobis feratis ita ut vestitu, corporis motu, incessu, sermone, quaedam gravitatis species et maturitas appareat sanctitasq pietatis cultus et maximus

actum. Utinam amor maiorumque vestrorum reve-
rentia debita in vobis elucescat.

Porro Orationis huius, ad te quoque Studiosa iuventus
bona pars, spectare videtur, qua ego admonitam velim,
ut ante omnia virtuti dedita, pietatem colat, devo-
tioni vacet, Deumque Opt. Max. pro felici studiorum
suorum incremento iugiter oret, sine quo ni-
hil potest esse solidum, nihil constans, nihil sa-
lutare, nihil verum aut honestum: sed omnia va-
ga, incerta, suspecta et erroribus plena con-
spiciuntur, quod enim corpus sine anima, hoc
ipsa anima sine gratia Dei esse nemo ~~[illegible]~~ po-
test qui non videat. Quo nomine eo maior fi-
des D. Thomae adhibenda est, qui palam dicti-
tare solebat: se plus devotione et Oratio-
nibus quam diligentia sua, in Philosophicis
et Theologicis studiis profecisse. Neque hoc eo
dico quasi sola devotione contenti, laborem
atque diligentiam omnino iam postponere de-
beamus. Notum enim illud est quod vulgo
dici solet cum diis admoveto manum, Ora
et labora. Illud pro fundamento poni solet
hoc pro sententia habendum, pietate praesup-
posita, operi incumbendum est, nec labori
quo Deus ut Poeta inquit omnia nobis vendit
parcendum. Hoc autem non gravabit vos pro-
fecto, si et studiorum utilitatem, et tempo-
ris

ris, quo nihil pretiosius est, brevitatem dili-
gentius apud vos perpenderitis: Sic enim Ovid.
lib. 3tio de Arte.

Venturae memores iam nunc estote senectae
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet et veros etiam nunc editis annos,
Discite, eunt anni, more fluentis aquae.

Si hactenus ergo negligentiores vos praestitistis
studiorum et temporis nulla habita ratione, iam
tandem evigilate. En innovatio studiorum ad-
est: curabitis ergo, et vos in meliorem statum
transformari. Quisque pro virili sua contendes-
ne hic et aetatem suam, et pecuniam inaniter
consumat. Eligite vobis lectiones pro captu et
profectu vestro audiendas, et addiscendas. Ac ut
sciatis, quas lectiones pro gradu Baccalaure-
atus, quas pro gradu Magisterii sint, eas non
gravatim vobis recensebo hem.
His ita peractis, tempus iam et res ipsa monet,
ut D. Baccalaurei in classes redigantur, ut e-
nim officium suum commodius facere poterint.

Die tertia post innovationem
studii declamat pro vacantibus le-
ctionibus, vel ab aliis resignatis. D.
Negros commendat his verbis.

Egregie D. Doctor et Mgr venerabilis adsit Ottas Tua hodierno die in Hypocau: sto communi Maioris Collegii, dum signû Campana datum fuerit hora 19 ad assigni endas lect. vacantes Vigti Metaphisicam per spectivam Musicam et et alias si quas vaca: re contigerit, tum ad permutandas horas lectionum si videbitur sub pœna carentiæ, et non contradicendi. Detur dibus D. Doctoribus et Ma: gistris Atm et Ptis Professoribus, ex parte Decani facultatis Artistarum.

I Regula.

Antequâ Decanus verba superioris Con: vocationis legent: consuetudine et legibus cautum esse doceat: ut fiat post convocatio: nem studij tertio die: sibiq non esse cuique recepto mori recedari

II Regula.

Absoluta re tota, grâs agat D. Mgris quod nec gravati, nec cum aliquâ sua molestia convocationi interfuerint sua que illis vicissim studia et offa com mendet /// Decanus Fol.

Feria II. Rogationum Decanus chartam obsignatam in foribus Collegii.

Collegii affigendam curabit hisce verbis

Hodie et sequentibus duobus diebus, qui: bus quibus peraguntur Processiones: a lecti onibus vacandum esse Dat. Decanus sub sigillo.

Sabbato proximo post festû Ascensionis hora 17 fit Convocatio cum examine aperiendo defectibus Bacc. dispensandis hoc tempore ver borum.

Egregie D. Doctor et Mgr venerabilis adsit H. T. hora 17 in Hypocausto Col legii Artistaru dum campana signum datum fuerit ad consulendum et finaliter conclude: dum de aperiendo examine quibusdâ litera: rû studiosis eidem sese proxime pro quartuali in stanti submittere volentibus, item ad tracta: dum de certis quorundam defectibus (si fu erint) sub pœna non contradicendi. Detur omni bus D. Doctor. Mgris duntaxat de facultate ex parte Decani facultatis Artistarû

I Regula.

+

Atque Copulatio ad Decanum Collegii Sen
ioris dari non solet, sed tantum ab extra:
neo Decano vel qui sit ex Minori Colle
gio, idque semel, tantum una communicatione

II.

Morem publice receptum et longo usu appro:
batum etiam hic Decanus esse testatum
relinquat apud animos D. Mgrorum nec à
se intermitti eum potuisse, et finita comu:
catione gratias D. M. ad eam confluenti
bus honorificentissime agat.

Modus tentandi Pierios (?)

Magistri pro tentaturi Decano facultatis
primo laureo cupidos epomide ornati
ac vestibus latioribus manicis induti venire
debent in eius domicilium, moresque ingeni
um, eruditionem, modestiam, tempus in Aca:
demia consumptum Artium Philosophiae et linguarum
cognitionem sui discipuli ita commendare,
ut humanitatem et benevolentiam Decani
experiatur.

Eximie D. Decane adolescens iste iam ab
aliquot annis etc.

II Ratio

II Ratio

~~Regula Syntaxeos~~. Decanus commendanti
discipulum suum Mgro gratissimam sibi esse
commendationem ostendat, seque daturum operam
polliceatur fore ut humanitatem et benevole:
tiam suam pluribus modis et temporibus decla:
randam intelligat et laudet hoc modo.

Venerabilis D. Mgr. quem dum adventus
D. Vestrae mihi est admodum gratus, ita animum
D. V. vehementer complector, quod D. Vestra facul:
tatem Philosophiae adolescentibus egregiis, di:
scipulis suis augere et exornare contendit
quos ego sperans tales, quales mihi a D.
Vestra commendati, suscepio daboque operam
ut adolescens in meam humanitatem non
modo in examine futuro sed omni etiam
tempore sibi presto adesse intelligat

III

Horam tentaminis et quid in eo possi:
simul regrati videlicet literas inscriptionis
suae in matriculam et legitime ortus Universitatis Candidato nav:
ret, statimque Decanus eius nomen et cognomen
cum Praeceptoris sui nomine in chartam memb:

11

+

rio causa scribat.

IV

Decanus vel dimidiam horam illa die quo
tentamen fieri solet videlicet omni feria
6ta ante quatuor ale quodlibet proxima exer:
citet, nisi festum Collegii impediverit eisque
exercitationi suas omnes simul a D. Magris
commendatos interea iubeat eum togatos
et ad tentamen paratos in suo domicilio si
Decanus fuerit ex Maiori Collegio si ex Mi
nori, tentamen peragetur in domicilio Seni
oris consiliarij.

V

Omnes tentandi sigillatim obligari debent
stipulata manu, ut vere ad ea respondeant
de quibuscunque interrogati fuerint, utque dicat
nemini, quid actum cum illis fuerit, quo fa:
cto testimonium inscriptionis suae producat

VI

Inter tentandum scribantur in tabella
quapiam omnes lectiones quae ad gradum
pertinent et de singulis singuli illarumque
lectoribus, et exercitijs adiuncta intendit
summa librorum, aut capita libri cum qua

dum

+ 23

simplici disputatione quae quadraginta debet
esse numero, fiat per contrario

VII

Consiliarius minor confessionem non auditarum lectionum exercitationum disputationumque
clam in charta annotet cuiusque tentati

VIII

Neminem qui biennio careat tentandum an:
te convocationem ea de re dandam

IX

Petent Decanus cum Consiliarijs duos
libros aut tractatus a tentato condonare si
etiam disputationes aliquas si habeat et vel
in superiori vel inferiori Lectorio poterit disp:
sare de reliquis

X

Decanus cum Consiliarijs plurima ee au:
dita negligentissime tentato dicat, singulissime
que responsa ad ea quae obiecta sunt in frog
illo extra quid tentato numerandum sit Con:
siliarijs requirat, et revocato illo numerare
illum iubeat

XI.

Absoluto omnium tentamine Decanus oes
simul ingredi iubeat pluribusque verbis suam et

12

+
Consiliarioru humanitatem et benevolentiam inter tentandum illis declaratam esse significet, hortetur etiam illos ad gratitudinem et gratiarum actiones pro singulari humanitatis officio, deinde Rogatos et expromissores ante fores Hypocausti maioris cum ibarius lectionum Suarum ipsa convocatis hora esse iubeat vtq in omnibus negotiis suorum praeceptorum consilio vtatur admonebit.

Forma Convocationis ad videndum tentatos

Egregie etc. ad videndum praesentari quosdam iuuenes heri iam tentatos examenq agendum ad consequendam primam lauream in bonis disciplinis, item ad dispensandum de certis quibusdam defectibus detur sub poena non contradicendi.

Forma Convocationis ad audiendum petentem

Egregie ad audiendum petitionem vnius pauperis vel servitoris cuiusdam D. Mgri examen pro gradu Baccalaureatus assequendo subire volenti detur, sub poena non contradicendi

+

dicendi. I Regula

Decanus in hypocaustum ingressus causas convocationis palam afferat superioris et segitis de servitore bancq de servitore prius legat et an locum habeat, sitq eius audienda petitio ab omnibus perquirat.

II.

Si dabitur potestas audiendi servitorem evocare eum iubeat ab vltimo Mgro, et causas petitionis exponi.

III

Expedita petitione perquirat actionem de eo iudicum Praeceptor autem petentis praesens tum interesse debet, ac suum servitorem commendare biennium illum seruiuisse diligenter doceat, modestum, studiosumq esse

IV.

Petenti condonantur septuaginta grossi Dispositionem et H...eum quo rendicato illi Decanus numerare debet et ad gratiarum actionem faciendam ... illius memoriam illius animum incitet

V

Absoluto servitore vel paupere Decanus

Conuocationem legat ad videndum praesentari quosdam iuuenes et an praesentandi sit perquirat, consentientibus illis ipse Decanus eos stans in foribus suo ordine appellet hoc modo Petrus Rokicki. Stanislaus etc: singulis respondentibus adsum. et confestim hipocaustum ingredientibus omnibus recensitis et introductis Decanus in loco suo sedens in hoc verba inquit V. D. Mgri isti sunt iuuenes heri a nobis tentati quos D. vra praesentandos duxi, prout et praesento, qui quemadmodum D. vestris de facie sunt noti, ut etiam nominibus suis innotescant ordine suo recitabuntur. interim vero de negligentiis dispensari solet atque ita nomina illorum ex charta sedens recitabit. primus est in ordine A. idus etc: item singulis respondentibus adsum. deinde chartas diligentiarum D. Mgris demonstrari iubeat eosque deinde exire et expectare ante fores hipocausti dum aduocati fuerint.

VI.

His actis agat gras D. Magistris qui conuocationi interesse non sunt dedignati deinde sequenti conuocationi nisi eos qui sunt in facultate interesse non licet, deinde legat Decanus sequentem conuocationem quae est pro eligendis examinatoribus, ad quam simul pulsatur et de ea includitur

Forma Conuocationis ad eligendum Examinatores

Egregie D. Doctor et M. V. adsit hodie H. J. rem ad eligendos D. Examinatores istorum iuuenum qui hesterna die rain sunt tentati examen baccalaureatus subire volentium, sub poena carentiis, et non contradicendi. detur D. Mgris etc:

Obseruatio I.

Iubeat Decanus num sit Conuocationi locus. et qui sint eligendi

II

Duo examinatores eliguntur per descensum Magistrorum qui sunt in facultate, Vnus de Maiori alter de Minori Collegio, aut etiam extraneus tres etiam esse possunt, si examinandi plures fuerint, ut 18 numerus excessent.

III

Absoluta Convocatione Decanus adu:
cet Candidatos (qui in conspectu exami:
natoris Electionem cum capuciis venient) eis
que praecipiet

I Ut nusquam nisi togati et Epomidati con
sistant, habitumque honestum deferant
2. Nusquam nisi pueris comitatis abeant.
3. Ut ad examen die et hora determinata
conveniant
4 Ut Sacrosanctam pietatem ament, auxili:
umque caeleste votis ardentibus implorent
5. Utque duos inter se eligant Dispensatores
in quorum manus singuli pecuniam dari
consuetam numerent.
6. Ut lectiones fiscumque solvant
7. Ut in omni re suos ~~discipulos~~ Preceptores consulant
8. Quo facto iubeat eos Decanus omnes a
seipso primum Thema accipere, et exami
natorem captare benevolentiam.

Additamentum quoddam ad Su:
periores

superiores Observationes ante
examen Baccalaureatus servanda

I

Post tentamen peractum aliisque omnibus quae
ad tentamen requiruntur, omnes simul De:
canus advocabit: eosque hac Oratione alloquetur
Domini Candidati, brevi hoc tempore fe:
cimus periculum ingeniorum vestrorum, et sci:
mus iam quod quisque valeat, quantumque in literis pro:
fecerit: Scrutati sumus et cognovimus di:
ligentias vestras in lectionibus gradumque co:
sequi cupitis ~~con~~venientibus. Quae quidem
adeo sunt exiles et modicae, ut si in state
ra cum negligentiis ponerentur longe illis
essent inferiores futurae: propter quam cau:
sam severius vobiscum agere et maiorem
satisfactionem a vobis exigere debuimus.
Quoniam ergo non mediocrem humanitatem et
benignitatem D. Senatorum experti estis, eam
ipsa gratitudine animi grat. actione coniun:
cta! vos compensare in memoriaque habere fas
et aequum esse videtur. Interim in Dei nomine

+

iam abire potestis, cras Deo volente hora 1[illegible] in Maiori Collegio affuturi et ante fores hypocausti Communitatis, cum chartis lectionum suarum, seu diligentiarum togati et Epomidati domi vocemini expectaturi Exceptoresque suos in omnibus consulentes.

II

Postridie tentaminis aut ad summum tertio die, solent dari duae aliquando etiam tres Convocationes separatim ad videndum praesentari, (et hic est principalis) ad audiendum petentem (si se fortassis aliquis obtulerit) et ad eligendos Examinatores. si enim petens ita Decanus D. Magistros (is enim mos iam nunc observari solet) alloquetur statim veniens.

V. D. Magistri necessitate et re ipsa ita postulante feci convocationem D. V. ad videndos adolescentes heri tentatos: cuius tenor est eiusmodi.

Egregie D. Doctor et V. Magistri adsit H. [illegible] rem et quia obtulit sese unus petens: eius quoque causa dedi convocationem hac sene verborum

Egregie

Egregie etc. adsit H. P. ad audiendam petitionem duorum servitorum (quorum alter est cuiusdam D. Doctoris alter cuiusdam D. Magistri) examen pro gradu Baccalaureatus assequendo subire volentium: sub poena non contradicendi. Detur etc. Ex parte Decani.

Deinde legatur ad finem, indicatque ad singulos de utraque convocatione, num loci habeant, dato loco convocationibus, et nihilominus utramque convocationem habere locum.

Hocque alias semper agendum est Decano, ut quoties duas sive tres contigerit habere convocationes, lecta principali dicat statim.

Sed quam alia intercesserit convocatio, de hac vel illa re eam quoque legi tacita conclusione: petens audiri et expediri debet.

Demum Decanus Candidatos in Hypocaustum introducit et proveniat: chartasque diligentiarum D. Magistris illos habere iubet postea exire et ante fores dum advocati fuerint expectare.

III

Chartis diligentiarum receptis solet Decanus cum Tentatoribus, singillatim de Candidatorum in eos absentia, ingenio, et profectu testimonium dare in hunc sensum

V. D. Magri ut interim aliquid de industria
et profectu horum iuvenum dicam, quoniam
fere non modo interfui sed etiam praefui
tentamini. Sciant D. V. quantum per illud
breve tempus cognoscere potui, eos qui ad
futurum examen admittantur nobis non indi-
gnos videri: non omnes tamen eiusdem dexteri-
tatis esse. Aliqui enim fortassis metu impedi-
ti, ad interrogata frigidius respondebant, quamquam
et de his optimas illorum teneram modestiam, et
in literis quam adhibere diligentiam, nos bene
sperare iubent. Aliqui ita industrii ad singu-
la objecta reddere apti sunt: ut nobis iam
magnam de se spem omnium porrexerint: aut
veri medii. Quare puto admittendos esse ad
futurum examen si ita D. V. iuxta D. Tentatorum
quae in locis suis allaturi sunt testimonia vi-
debitur. In eandem sententiam Tentatores de-
cani oratione et testimonium confirmaturi di-
cent: His absolutis et superius dictis E da-
tur signum Campana ad Convocationem ali-
quam Decanus leges pro Examinatoribus eli-
gendis.

De casus Candidati Fiscum et Phys: sibi condonari petenti ita respondet

Domine mi Candidate V. D. Magri qui inge-
nuis

nuis iuvenibus, de quibus spem aliquam bo-
nam conceperint, nunquam deesse volunt, pe-
titioni tuae locum relinquendum putaverunt:
vel eo maxime nomine quod à Praeceptore tuo
et à quibusdam aliis D. Magris, ita commendatus
es, ut te beneficii huius memorem semper et
gratum fore, huicque almae Universitati olim
non inutilem sibi persuadeant. Quare ne spem
nostram de te conceptam, alioquin (quod absit)
defraudes curandum tibi sedulo erit. Abi
itaque in nomine Domini, de Fisco et Physicorum quae
quidem hoc tibi commendata sunt, minime sollicitus.

Modus Examinandi primos Laureae Cupidos

I

Decanus cum examinatoribus prima hora di-
ei primi examinis, genibus flexis, una cum
Candidatis divinum auxilium invocabit, reci-
tans illam Antiph. Veni S. Spiritus item Emitte Spiritum
cum Oratione

II

Ipsa Candidatis mandare debebit. Primum
ne aliqua Examinis cuipiam audeant patefa-
cere. Secundo Ne alter alterius [illegible]-
co responsa Orationes, et omnia facta aut
dicta tradere sit ausus. Tertium Ut

si quispiam repertus fuerit parum dignus in
bonis artibus honore, rejiciaturque a promo:
tione: Non per extraneas personas se recipi
curet, sed duntaxat vel per semetipsum vel
Praeceptorem suum. Item ne Magistrum Argumen
tiones in minimis et parvis habeant seu
ne easdem flocci pendant. Quod omnia
stipulata manu se facturos promittant.

III

Decanus Thematis, omnium Candidatorum
Grammatices, antequam ipsi dicere incipiant
verba recitet: Mox animo hilari, et atten:
ti dicere iubeat, et dicentium errores in o:
mnibus grammatices partibus annotet, ut
obiurgandi et exprobrandi Soloecismos et
Barbarismos occasionem habeat.

IV

Finita Oratione et Themate, a Candida
to quaerat Decanus, cuius illa sit generis
quot partium, quae Confirmationis loci etc.
Quaestionesque male decisas, si ita sit doceat
vel eam si elaborata sit commendet.

V

Decanus Utriusque domus ad examen Orna:
te disputantium vestitus ingrediatur. Exami
nator Maioris Collegii absque Epomide, Minoris
cum Epomide VI.

Decanus

Decanus in toto examine humanitatis et
officii sui ita meminerit: ut neque sit nimium
facilis, neque nimium severus, sed mediocritate
conservet. Benigne obiurget negligentes, et
qui incunde et mediocriter non recitaverint
acuset. laudet autem parcissime et verecunde

VII

Examinatores in humanitatis et prolixius di
sputantes: autoritate sua compescat: et seri:
us ad examen venientes admoneat ne mu:
nera sibi delegata aspernentur: aut negligen:
tius obeant. IIX

Decanus interdum ab examinatoribus propo:
sita Argumenta dissoluat, ne quid indissolutum re:
linquatur: Exercendi candidatorum ingenii causa

IX

Decanus antequam finiatur primum Thema: pu:
tem facta Convocatione ad examen admittet
quotquot oblati fuerint.

X

Quemadmodum primo ex Grammaticis thema
singuli Candidati, singulis horis absoluent:
ita reliquarum omnium lectionum capita, omnes
una hora expedire necesse est

XI

Quemadmodum singuli candidati primum ex
Grammaticis Thema, a Decano accipere per:

+

fetia lege soliti sunt: ita efficiendum esse, ut primus in ordine ex Dialecticis à 1mo Examinatore accipiat. Secundus à secundo. tertius à Decano etc. Ex veteri arte à secundo Examinatore primus Candidator. A Decano secundus: à primo examinatore tertius. Atq. eam ordo usq. ad finem Examinis conservandus.

XII.

Admoneat Decanus, ne Candidati aliunde petant interpretationem, et distinctioné Capitulor. oium lectionu, quam ex illis scriptoribus, qui sunt ad explicandum propositi; usq. brevitatem, celeritat. magis in explicando ament

XIII.

Caveat Decanus, ne Candidati eadé de re Capita ex Porphyrio et Dialectica Arist. Ex Ethic item Alberti Magni, et Physic. Arist. sed diversa: et diversis de rebus interpretentur. Decanusq. id egregie providebit: quoniam ille unus omnia Themata oium libror qui in gradu requiruntur, decidit describitq. et descripta Examinator. tradit

XIV.

Si plures erunt Candidati, quam 13 baccalaureum sexagenis grossis redimant. Si 13 tantum aut etiam pauciores, quaternis et vicenis.

Quam

+

Quam pecuniam dispensatores in manus Decani, ante balneum reddere debent: inter omnes Examinatores, et Decanum dividendam.

XV

Fuit antiquus Academiae mos: ne verinq laurea cupidi Themata examinis prima, cum Orationib. illis, quarum de re voluerint habendis, explicaret. Sed iste mos iam plané antiquatus est.

XVI

Post absolutam Arist. Dialecticam sub finé hora de Conversionibus Propositionu et Syllogismoru, Decanus cum Examinatoribus quaerat, ex Candidatis. et sententias quasdam Graecas, seu verba illis interpretanda proponat. Peritos utriusq. rei, recenseat et parcé laudet. Imperitos ad linguarum et Dialecticis conservandis acriorem amorem excitet. idemq. fieri in examine Magistrorum.

XVII

Absoluta re Dialectica Epistolas à singulis Candidatis, proposito Argumento Decanus, scribi iubeat, et una prius hora, quam soleat sit veniendum illos esse doceat. Qua effluente sedeat cum Examinatoribus, et totam horam in Examinandis Epistolis conferat

XVIII

fidiam cum computo coniungendam extre:
mo loco et nihil a studiosis pro illis accipiendu.
Qub duo eo die bene mane interpretabuntur
quo prodeant in balneu illis necessaria pari:
turi.

XIX

Si Candidatus quempiam utriusq Examinis, intra
examen incidere in morbum contigerit: omnia
thema explicationis sua neglecta, et pri:
mum continuerit, primus illa hora oim expli
cabit.

XX

Decanus in Disputationibus Sabbatinis
diebus cum Examinatoribus, si eorum cessis in
ciderit, liber est, toto utriusq gradus examinis
tempore: a lectione autem si alij D. Professores
legerint: et Disputatione die Dominico liber
esse non potest, sed utrumq per alium absolvat.

XXI.

Festum Collegij tempore Examinis violari non
debet: nisi summa cogat necessitas. Item Con
vocatio publica impedire potest examen.

XXII.

Primae laureae Candidati, duabus cum septi:
manis, et uno ad summum die, septimanae
tertiae Examinari debent. Ita ut prior septi:
mana in studia Grammatices: et una cum

singu

39

singulis hora consumatur. posterior: in reliquis
lectionibus, ita ut omnes una hora absolvi
queat.

XXIII.

Absoluto omni Candidatorum primae laureae
Examine Decanus cum Examinatoribus, candi:
datisq et illorum servulis, in balneum eat: et a
singulis tam servis balnei, quam hospiti solvat.
neq curet balneum conduci, nec pro his qui:
cunq capillum tondi inserviat: aut ventosis u:
tantur, quicquam solvat, nec ab externis Pro:
motores ergo Candidatorum et aliae personae hic
excludi debent.

XXIV

Nec Decanus cum Examinatoribus nec can:
didati ibunt in balneum Epomidati

XXV

Si nullum in balneo paraverint obsonium can:
didati, non graviter et iniquo animo ferat
consuetudo tamen obtinuit ut vinum neat:
maticum seu pane albo in aliquot patinis
quosdamq delicatiores cibos coronis etiam
tempore aestivo adhibitis pareat, quod quidem D.
Examinatores cum Domino Decano e balneo
egressis et iam ad mensam accumbentibus

+

primus Candidatorum in ordine offerre reg[illegible]
grato animo suscipiant ea omnium nomi-
ne petere solet cui Decanus breviter resp[on]-
det in hunc sensum.

Egregii Dni Candidati &c:

XXVI

Sicut omnes ex balneo exeant illum De-
cano Candidati Magistri Decanus in foribus Col-
legii horam susceptionis privatae illo die signi-
ficet et Praeceptores suos consuli quid fiat ip-
si iubeat debet autem ad minimum 5
gross. Decano et examinatoribus componere
eiusdem susceptionis causa 7

XXVII

Candidati Uniusque ordinis privatim suscipi-
endi absque Epomide ad D. Examinatores veniant
à Dominis Magistris et Epomidati recognitiones petant
et illis neglectis publice suscipi debent

XXVIII

Sapientes duo si in balneis non fuerint
tres gross: à Decano Examinatoribusque accipi-
ant, et gross. 4 prandii loco more maiorum.

Nota 1.

Decanus

+

Decanus cum Examinatoribus et Candida-
tis, primus post omnes D. Magistros ad offerre:
qui eo die publice mandati erat, suis insigni-
bus ornatus. caeteri autem Epomidati omnes

Nota 2.

Epomidati tamen Magistri ad omnem manda-
tum et dictum abibunt exceptis quatuor arti-
partibus cum tabardatis incedere debebunt
ubi Doctores ad aram accedent reliqui omnes
Professores circum aram ad offerendum ire debent.
Decanus statim post Doctores ante Baccalau-
reos Theologiae in omnibus publicis actibus locum
habente.

Modus Susceptionis
Privatae I.

Candidatus Uniusque ordinis è numero suo e-
ligant duos, qui compositam ratione suscepti-
onis privatae pecuniam Examinatoribus
cum Decano offerant: eosque sibi benevolos,
et suis competitoribus eiusdemque ordinis homini-
bus efficiant. Quibus respondebit Decanus quod
opportunum duxerit: prius tamen illos iubebit ab-
ire locum deliberandi, postea revocatis illis
respondet in hunc sensum Dni examinatores id
quod oblatum est grato susceperunt animo.

Deinde singulos ingredi ordine iubebit
Solet autem ordo primi Tituli cum ratione aeta:
tis eruditionisque cuiuslibet fieri: tum vero
potissimum ratione senij eius Mgri, qui com
mendavit discipulum. Ita ut petens ultimo
loco conspicuatur secundi tituli ordo ratione
promotionis prioris fiat

II

Decanus ex quolibet Candidato imprimis
quaerat an se dignum isto tam insigni titu:
lo existimet. Non annuente illo. Orationem
illius omniaque responsa in Examine vel par:
cissime ~~ex~~ laudabit, vel asperioribus verbis
obiurgabit: ut obiurgatione incitatus animus,
ad summam laudem, et virtutis fastigium ar:
dentius properando perveniat idemque exami
natoribus faciendum est.

III

Absolutis sigillatim omnibus omnes ingredi
simul iubeat: eosque elaborata oratione ad
studia omnium artium, totius Philosophiae trium linguarum
adhortabitur et sedulo serium ipsi meditentur
quod turpe sit Baccalaureum artium et Philoso
phi dici: nec tamen artium nec Philosophiae cognovisse, et
summae honestati et laudi, intendens, factis
cogita

cogitationibusque universis serviant: Utque san:
ctissimam pietatem, toto pectore amplectantur.
Idem examinatores faciant quos facto digredi
endo iubeat, ad persolvendas Deo gratias, quod
examen non infeliciter sit finitum atque petendum
ut reliqua quae restant, omnia cum toto vitae
cursu diutina protectione gubernentur. Item ut
vestitum suum honore dignum cum optimis mo:
ribus semper deferat. Ut recognitiones Lectionum
non petant dari sibi: ut fiscarius de illis non
quaeratur, neque de suo promotore sint solliciti

Modus susceptionis Publicae

I

Candidati adminimum thaleros duos publi
cae Convocationis causa, dent oportet Decano

II

Publica susceptio fieri non debet per leges
nisi octavo adminimum die: post susceptio:
nem privatam

Forma Susceptionis Publicae

Egregie D. Doctor et Mgr Venerabilis. Ad ...
R. S. die hodierno hora 1? in hypocaustum
communi Maioris Collegii, una signum campana

laturi fuerit: ad videndum praesentari per
sonas pro gradu Baccalaureatus iam in ar
tibus examinatas Per Rndum Patrem D. Ioannem
Curelowium S. Th. Doctor. Stanislaum Cynen
Crac: Per Vrabilem D. M. Valent. Fontanum
Franciscum Stepard. Per Vrabilem Mgrm Marti
num Macieiski. Felicem Kraszkowski, Sta
nislaum Bosowiensem per V. D. M. Petrum
Lodensem. Casparum Bedcowium, et Iacobum
Zabinski etc. Hic tantum exprimi debent
nomina omnium Mgrorum cum suis discipulis
iam examinatis. Item ad determinandum, et
et Concludendum finaliter de eorum admissione
Detur omnibus V. Doctoribus et Mgris Collegis
professoribus, sub poena non contradicenti. Ex
parte Decani facultatis Artium.

Nota

In recensendis Mgrorum nominibus Cr. D. D.
Rilsin bonum est Propositio Per post semel
tum vsurpari similiter et dictio pluralis nu
meri Venerabiles sine iteratione illa hoc modo.
Per Rndum Prem D. Ioannem Curelow: Stani
slaum Cynen Crac: Per Vrabiles. D. M. Clemé
tem Wielicium, Sebastianum Wielicien. M. Va
lenti

lentinum Gilemium Crac: Felicem Kraszkowski
Stanisl: Bosowien et. M. Petrum Loden. Caspa
rum Bedcowium et Iacobum Zabinski etc. Et ad
determinandum finaliter de eorundem admissi
one concludendum.

Prima Caputh

Decanus antequam superiorem Conuocationem
legat istos iuuenes proxime superioribus diebus
praesentatos, ad examenque consensu publico admissos
praefabitur atque à seipso. Vnaque Examinatoribus
diligentissime examinatos; nec indignos esse
prima in optimis disciplinis laurea, propter
ingenij acumen inuentos. Nunc autem et e
à suis Praeceptoribus praesentatur, conuocatio
nem sibi datam sit poterit praefari.

V. D. Mgri, feci Conuocationem D. V. ad viden
et
praesentari iuuenes quosdam, pro gradu Bacca
larij in artibus examinatos, proxime superiori
bus diebus: ad examen consensu Vnanimi D.
V. admissos. cuius conuocationis ipse est tenor.

II.

His dictis conuocationem legat et ad locus
illi sit ex omnibus cognoscat. Quo abeemo, quis:

rat Decanus, seu aliquis D. Magistrum sive D.
candidatos praesentaturus: hoc modo. Si aliquis
est ex D. Magistris qui velit D. Candidatos praesen-
tare, nunc animi suam sententiam exponat.
Interim prodeat in medium hypocausti futu-
rus promotor Candidatorum Epomidatus, non
NB tum tabardatus, ac ipsius nomine oratione utatur.
Est mihi in animo Eximie D. Decane vosque M.
dignissimi istos iuvenes proxime superiori-
bus diebus in artibus humanis Philosophia et Ma-
thematicis disciplinis perdiligenter examinatos
Excellentijs V. praesentare: si hoc permissu et au-
toritate vestra mihi concessum esse intellexero.
Quare re deliberetis quaeso, et me faciatis cer-
tiorem.

III

+ Decanus petentem Magistrum clare locum delibera-
tioni iubeat: et singulos Magistros, num Magistri peti-
tioni annuant, percontetur

IV

Si annuerint vocari Magistrum ab ultimo Magistro
Decanus iubeat. et de voluntate suffragiisque Ma-
gistrorum Magistro significet hoc modo. V. D. Magister
omnium unanimi consensu concessa est D.

T. facul

T. facultas praesentandi qui Magister pro eo er-
ga se studio gratias agat omnibus D. Magistris. Egressus-
que ex hypocausto ornamenta disputantium in-
duat, Epomidatusque et Tabardatus introductis
in hypocaustum candidatis ita loquatur.
Suffragiis et permissu vestro Excellentissime D. Decane
vosque M. doctissimi, hos iuvenes quos coram cerni-
tis, cum debite examinatos, et non indignos su-
ma in artibus humanis laurea inventos, praeter
suavissimos mores, singularemque eruditionem Ex-
cellentijs V. praesento. Et quemadmodum de facie noti
iam sunt, ita et de nomine etiam noti esse
possunt: eorum omnia nomina, et cognomina ex
charta recito, quolibet ad nomen dicturo, Adsum.
Longe in ordine A. Servitor etc. His praesentatis,
statim petet praesentatus ijsdem, sibi dari facul-
tatem promovendi in hoc verba. Peto etiam a
vobis Excellentissimis viris, una cum D. Candidatis,
ut ad extremam determinationem primi in arti-
bus et Philosophia honoris summa auctoritate et
consensu vestro admittantur. Decanus iubeat
promotorem una cum Candidatis paulisper disce-
dere dum revocetur.

V

Interim Decanus, cum Examinatoribus hi-

+

fidele restrictiuo, de illorū ingenii acumine artium linguarum, aliisq cognitione et sic prae bebit hoc modo. V. D. Mgri, quoniam res ipsa adamnere videtur, ut ego interim unà cū D. examinatoribus de D. Candidatorū ingenio in studijs liberalibus profectu testimonia proferam. Proinde sciant D. V. inter illos esse quosdam qui nobis et ingenij acumen industriamq suam, et studium [illegible] suavitatem satis egregiè visis et decisionibus suis probaverunt praesertim vero 1. 2. 3. 4. et de penultimo quoq est magna spes, qui si in di cendo se exercere voluerint, n postremas in hac facultate habebitur: ultimo quod n deest ingenium. Caeteri ei frigidiores quodammodo sunt visi, sed his aetas ipsa et timor, pudorq innatus patrocinatur: fit enim saepe ut cogitata et praemeditata timore et pudore prohibente, efferre in loco insolito et personis non valeamus: habent tamen et hi suas commendationes. Sed et D. Examinatores in loco suo testimonium eadem re prolaturos credo: proinde quibus nam sint admittendi.

VI.

His ita peractis promotorem cum candidatis pro te

+

49

pro foribus stantem revocandū curabit, cum qz his verbis alloquetur V. D. Mgr data est. D. B. potestas istos D. Candidatos promovendi, illisq primam lauream quamcunq voluerit decernendi, tū propter singularem industriam eruditionemq D. T. tum propter eximiam spem, quam V. D. Mgri de D. candidatis conspiunt, certis tn quibusdam conditionibus per D. Candidatos servandis. His depositis ornamentis Decanus Promotorem sedere iubebit: Candidatos autem, ut propius accedant monebit, quos in hunc sensum alloquetur. 113

D. Candidati vos caeterum mihi hoc q bona fide promittatis oportet, idq manu stipulata. Sub hac enim conditione admittemini ad ultimam determinationem: si ista 4 vos facturos, bona fide polliceremini. Primo autem polliceri debetis, ut lectiones audire pro sequendo gradu compleas, ad finem usq audiatis, nisi quid grande impediat.

2. Ut mores multo quam olim graviores prae vobis feratis: si autem in vestitu, in corporis motu, in incessu et in sermone apparere debent.

3tio Ut omnia quae solvenda sunt, fisco, [illegible] solvatis, aliter senem in Cathedram Promotorem

25

non ascensurū.
4 Ut quotiescunque requisiti fueritis à Decano ad disputandum vel respondendum, legendasque lectiones statis diebus, non gravatim futurum vobis existimetis. Atque in signum fidei, manu stipulatam, quod est iurisiurandi Argumentū, ipsique vestrū se facturū nunquam violatam fide promittat. statimque ad singulos manum extendet, dicens. Promittit D. V. singulis respondentibus. Promitto. Quo facto iubeat illos Decanus in nomine Domini exire: Omnique Magris pro benevolentia ea quod non gravatim in Convocationem venerint grās agat, et suam illis operam laborem animumque de singulis bene merendi polliceatur.

Addetamenta quaedā ad superiorem

In privata susceptione omnibus absolutis ea oratione Decanus ad extremum alloquatur Candidatos Omnibus, quae ad nostrum officium in vobis examinandis ad extremum etiam privatim suscipiendis spectabant, iam ad finem perductis Charissimi D. Candidati: nihil aliud restare videtur. Quam ut Deo omnipotenti imprimis D. V. grās

D. V. grās agant, cuius auspiciis et benignitate examen hoc non infeliciter D. V. cessit. deinde ut ea curent quae et ad promotionem commodius obtinendam et ad dignitatem quae vobis in eadem promotione brevi futura Deo favente conferetur, tuendam sunt necessaria Quoniam enim promotio sine Promotore fieri non potest. Illa eo cura et sollicitudo non parum vobis est suscipienda. Urgendus est ne tantum negotium ad tempus longum differat: sed à publicā susceptione (quae octavo die si Deo Opt. Max. visum fuerit futura est) tertio vel ad summum 4to die in tanta temporis brevitate vos in Dei nomine promoveat. Neque is tamen poterit in Cathedram vestri causa ascendere nisi fisco iuxta consuetudinem ita satis feceritis ut fiscarius nullā de vobis habeat querendi occasionem. Proinde ne hac in parte aliquid errons et molestiarum subonatur tempestive recognitiones à D. Magris lectionum sciarum ea qua decet fide accipere: et ad fiscarium una cū nummis deferent, ita demum res commode confici et ad finem suū deduci

potuit. Non satis autem fuerit in promo-
tione titulum Baccalaurei esse consequutum
si enim aliquis vestrum, quod absit huic po-
stea respondere vel nolit vel non possit: plus ei
sibi et Academiae nostrae offuturum quam profutu-
rum certo sciat, eamque rem non honori, sed
dedecori et ignominiae sibi fore intelligat. Qua-
re ne hoc aliquando eveniat, quisque ex vobis nunc
pro se contendat, ut non nomine sed re ipsa
Baccalaureus sit et videatur. Et moribus ergo
et diligentia in bonis studiis ita vos obtem-
perare et accommodare huic titulo debebitis,
ne quid tale per vobis feratis et committatis,
cuius et vos et nos ipsos postea pudere possit,
sed potius ut vestitu, corporis, incessu, sermone
quaedam gravitatis species et maturitas appareat,
maximusque autem et Christ. amor maiorumque vestro-
rum reverentia debita in vobis elucescat. Ante
te omnia autem Deum timeatis, pietatem colatis
et sine qua nihil potest esse firmum etc.
Hoc praeterea addi solet. Qui autem nondum suscepti
sunt, non per subordinatas personas sed per Prae-
ceptores suos de susceptione sui agant, et ne-
mini quae semel acta fuerant revelent.

Ab

Absoluto primo lauream Examine
Decanus Candidatos ad balneas, iam ingressos
una cum D. Examinat. ituros in hunc se-
sum alloqui poterit.

Hactenus insudandum est Clarissimi D. Candidati
in tractandis et afferendis iis, quae res locus et om-
nes ipsum postulare videbatur. Quoniam autem
et nos ingrediendo (inquirendo) et vos videndo verique defessi su-
mus, hic ita fine et termino laboribus nostris
rum consequuto ad balneas tandem lavatum
post istos sudores nobis est eundum. Atque utinam
nos ita purgemus, ut non modo corporis sed eti-
am animi sordes, cuiusmodi sunt ignorantia
et mala morumque vitia abluere possimus: igno-
rantiam quidem statim deponere, non omnino
arbitrii nostri esse videtur: ad id enim efficien-
dum multa requiri nemo est qui non videat.
At mores corrigere, eosque ad recte vivendi nor-
mam revocare, id in hominis situm est volunta-
te, ita ut quicunque ille velit in hominis etiam
spatio brevis, pulcer, honestus egregiusque esse possit.

Proinde et vobis cavendum erit: ne hoc in parte vobis deesse videamur, certo nobis persuadeo, nihil nos absque dei gratia, quam per peccatum homo amittere solet consequuturos posse, in malevolam enim animam non intrabit spiritus sapientiae. Caeterum quoniam ad ista eadem loca, non estis iam amplius redituri, nisi postea fortasse deo volente examen aliud pro laurea secunda ingressi fueritis: proinde hic quoque quisque unum deponere et relinquere velit. (Ita ut nihil extra limen efferatur) quicquid audiverit, vel a Collaterali vel a competitore suo ineptè ad obiecta insuper negligenterque prolatum. vel a D. Examinatoribus neque ipso in se aliove sui ordinis verbis paulo asperioribus aliquid animadversum, ne ita postulante: vel inter vos etiam ipsos aliquid tale per contentionem exortum in ipso examine. Non est enim mirum inter literatos etiam bonos viros, contentiones aliquas interdum oriri: omnes enim humani a nobis nihil alieni putamus. ita tamen nos contendere quisque sibi persuadeat, ut inde non labefactari, sed magis ac magis amorem nostrum mutuum confirmari ea re existimet. Non sumus enim ex eorum genere, qui ob leves offensiculas iram et odium diuturnum alunt. imo ego gaudeo vehementer tales mihi D. Examinatores in negotio hoc adiunctos, qui et eruditione et probitate nemini

mini cedere videantur. Et vos gratulari vobis ipsis potestis, quod ab iis examinati estis, de quorum industria et virtute omnes sunt egregie persuasi. sit ergo hic amnistia et oblivio quorundam verum, memoria vero causarum saltem quae ad vitae honestatem et dignitatem pertinent.

E balneis reversi, decanus eos alloquetur. D. Candidati caputia ista seu epomidos iam tandem deponite iis non usuri donec in promotione ipsa, namque enim caputia Candidati habere debent in susceptione ultimae determinationis) deinde decanus eis assignat tempus privatae susceptionis. aliter non obtinentur.

Modus et ratio Promovendi Baccalaureos.

Forma literarum in foribus Collegii a Promotore Baccal. affigendarum.

M. Martinus N. hodierno die hora 14 egregiis D. Candidatis 1. 2. 3. 4. 5. (expressis illorum nominibus) antequam insignia prima in humanis et ingenuis artibus deternat: Ax. illis unum (scribantur vero Axiomatis.) et Quaest. unum explicandum proponet Orationemque de se habiturus est.

Observatio 1.

Candidati suo Promotori ad minimum quindecim

grossos premii loco dabunt: ex quibus Ille maioribus Collegiis 34 vel 40 grossos iuxta numerum promouendorum Minoribus 26 vel 30 dare debebit in manus Praepositi: ut Ille suo nomine D. Doctores et Magistros nomine Promotoris inuitet. debet autem Praepositus pridie R. Patres et Mgros nomine Promotoris inuitare ad Promotionem hoc modo R. Patres Mgri. V. D. Mgr Marcinus petit a R. V. dignentur R. V. promotioni interesse cras hora 14 offert autem R. V. gros. 40 petitque ut grato animo R. V. suscipere velint

II

Candidatis Promotor modum Axiomatis et Quaest. discutiendae in Charta scribat. ac poterit quidem uno tantum, medio, et ultimo Axioma dissoluendum committere breuitatis causa et tedij. Sed Quaest. siue in vtramque partem siue alterutram discussam omnibus necessario scriptam dabit eamque memoriter et iuuabile recitare bocabitur. per Conclusiones notabilibus promissis tractanda. ut Regula ibid. fol. 2.

IIII

Candidati ipso die Promotionis ante Promotionem in hypocaustum commune Maioris Collegii conueniant, quibusdam de rebus tractaturi. Insonuerit enim illic materia sapientes eiusque sciat qui Praeceptoribus suis et gratum offerre velint iisdemque puta sapienti

pientibus decernos gros. dare solent Bene candidati singuli grossum conferunt et contribuunt ita ut numerus gros. numero Candidatorum respondeat, quam pecuniam interse diuident Tertiatus cum seruitore decani si Decanus ex Boni Collegio fuerit alias soli Tertiano hoc pecunia cedit, ut qui mensam D. Examinatoribus in loco commodo singulis applicuerit diebus per totum examen.

V

E domidati tantum venire debent Candidati in maius Rectoris pridie promotionis sub eleganter ex omni parte capitibus ornatum, atque omni ne ex considere loco, qui Axiomata d[illegible]ferdentium est promis

VI

Explicato Axiomate a Candidatis, egrediendum illis erit monitu et iussu Promotoris ante fores lectorij et assumenda disputatium ornamenta, postea statim redeundo et Cathegra sedes ordine occupanda, affirmante Promotore illo loco ran non indignos esse.

VII

~~[illegible]~~ committerim Quaestionem disputandum more tradere et in vtramque partem discutiat: deinde eam omnibus et singulis candidatis determinandam et dissoluendam Committat.

IIX

Absoluta Quasi Professionem fidei Promotor admonente Candidati recitabunt; iurabunt se omnia religionis Catholicae puncta, consuetudines, decreta, leges tenere et tenturos, et hoc in omnibus omnium generum promotionibus fieri solet. Primus in ordine ea omnia ex libro recitabit, quae ad eam professionem in Synodo Tridentina constituta pertinent. reliquis satis dicere erit. Ego N. spondeo, voveo, et iuro, sic me Deus adiuvet, et haec sacra Dei Evangelia

IX

Tandem Orationem suam Promotor, qualemque dixerit voluerit, potissimum tamen et Philosophia morali habeat

X

Sub Finem Orationis admoneat tacite et laudet aperte Candidatos: Mag. virtute legum, Academiis à Sanctissima sede Apostolica et S. Poloniae Regibus data. Primum in bonis artibus et Philosophia honorem decernat. Bene in nomine Patris et Filii et Spiritus S. Amen. XI

Sapiens Clara voce, siquam habet fabellam, dicam recitabit. Atque item tria Candidatis proposita. I ut biennium in Acad. laborent, nisi cum Mis dispensatio fuerit 2. Ut eum honorem in alia Academia non repetant, nec eum sibi patiantur decerni 3 ut bonum Universitatis promovere curent

XII

XII

Sapiens clara voce narrabit, quid singuli Candidati nummorum suis Praeceptoribus gratitudinis ergo detulerint, eosque palam narrabit. Petentes autem et pauperes suis Praeceptoribus preces et obsequia offerent.

XIII

Aget etiam Candidatis sapiens gratias pro pecunia sibi numerata, et illorum nomine Promotori gratias agere necesse est, et ad prosequenda reliqua hortabitur.

XIV

Promotor Deo immortali. Rectori. Doctoribus. Magistris et studiosis gratias agat, brevissima Oratione, suamque gratitudinem polliceatur.

III Regula. Promotor in Cathedram non ascendat, nisi fiscarius ab omnibus Candidatis satis sibi factum esse sit testatus.

Exemplum literarum primo laurea

In Nomine Domini Amen

Nos Martinus Cireninus Artium liberalium Magister et Philosophiae Doctor Minoris Collegii Collega et Physices facultatis Decanus: una cum Venerabilibus Acad. Crac. Philosophiae et Artium D. Universis et singulis has literas lecturis, salutem in Dno.

+

Cum conpert[um] n[ost]ri esse muneris o[mn]ibus bonaru[m] arti
um studiosis nunqua[m] deesse: Morumq[ue] commodis o[mn]i
loco et t[em]p[o]re consultu[m] velle, ut nemo sit qui vere
queri possit aliquod n[ost]ram operam et studium sibi
defuisse: maxime vero illis qui strenua[m] operam
optimis literis navarunt, et illustre aliquod
specimen animi, ingeniiq[ue] sui cum in disputati:
onibus publicis, tum in examine praebuerunt:
hocq[ue] ipsum in ingenuo iuvene Martino Campi
ano Leopoliense X Campiani Diocesis Leopolien[sis]
filio, abunde experti essemus: non indignu[m] iudica:
vimus, quin omnibus et singulis cum his l[ite]r[i]s no:
stris commendaremus. Is enim in Acad. Crac. a pu:
ero adhuc modestissime vixit, feliciter ingenuis ar:
tibus operam navavit: examiniq[ue] severo (quod
Anno D[omi]ni 1601 po Quartuali Pentecostes fuit)
subiicere se non est veritus: ubi argumenta sibi obiecta
non modo eleganter diluit: verum etiam Quaest. in
diverso artium genere propositas, acute et cum qua:
dam diligenti inquisitione excussit: quare in Co
rona Clarissimorum virorum una cu[m] aliis candidatis
artium liberalium et Phil[osophi]ae Baccalaureus e[st] pronun:
ciatus, quod illi foelix ac faustu[m], Reipub[licae] aute[m]
utilissimum Christianae e[ss]e cupimus. Atq[ue] propter
egregias illius animi dotes, quas in eo comperi
mus

+

mus, cupimus esse omnibus commendatissimum: 61
petimusq[ue] ut iuvenem tam praeclare de bonis lite:
ris meritu[m] et optimis moribus ornatum, sua gratia
et omni officioru[m] humanitatisq[ue] genere prosequi ve:
lint. concepimus enim sat spei de hoc Martino
X, fore, ut praeter suavissimos mores singularem
eruditionem omnibus gratiosus esset, daturusq[ue]
sit omnem operam, ut pluribus obsequiis ingenio
virtute, et moru[m] elegantia, optime de omnibus me
reri studeat. In cuius rei fidem hac ac testimoni
um his n[ost]ris literis sigillu[m] facultatis n[ost]rae appensu[m]
esse voluimus. Datu[m] Crac. in Collegio Maiore
A. D. 1601

Convocatio die S. Aegidii et
Gregorii

Egregie D. Doctor &c. adsit H. P. hodie:
no hic in hypocausto communi Maioris Collegii
dicto signo campana datu[m] fuerit, ad recipiendas
ex ordine lectiones futura commutatione legendas
sub poena non contradicendi detur D. Doctoribus
omnibus Artium et Phil[osophi]ae Professoribus express[e] De
cani facultatis Artistarum. Vide. Concl. Facult. fol 4.

Observatio

Decanus antequam convocationis literas

legit, hunc esse morem cum Academia symul[?]
te, et annis singulis D. Professores lect. his acci
piant: ad easq legendas sese tempestive praeparent.
Huncq hodiernum esse diem: ac proinde ipsis
verbis datam convocationem, moxq eam legat
et an locum habeat perquirat.

II

Dato Convocationi loco Regii Professores absq
sorte qua sublata annis praeteritis est per seri:
em Promotionis accipiunt Aryst. lectiones: eas
tamen quas ante duas Commutationes lectq
ab illis fuerint. Post Regales Plebanus Zelone:
censis et Possessor praedii Trnovice tandem
ratione Promotionis reliqui Magri accipiunt lectiones

III

Minor Consiliarius omnium Magistrorum lecti:
ones et nomina scribat, proxime Decanum sedes
Decanus autem clara voce eadem referat.

In Crastino S. Bartholomei et
Sabbatho D. Invocavit. Decanus in
timabit

Hodie et sequentibus diebus ex nona hora
in decimam. aut si hyberna commutatio e ex 13
in hr. lect. transferantur Dat. Decan: sub sigillo

In Prin

In Principio Canicular. et in
Vigilia S. Margaretae et Sabbatho D.
invocavit

Talem intimationem faciet obsignatam.
Decanus facultatis Arist. mandat omnibus
Baccalau: facultatis praedictae, ut hodierno die
hora 18 in lect. Galeni conveniant accipiendi
causa lectio: cum horis et lect. pro complendo
illorum biennio legendas. Item ad illa audien:
da quaecunq ad illorum statum et dignitatem per
tinebunt, sub poena 8 gross. Dat. Decanat. sub sigillo

Observatio. I.

Decanus ad eam Convocationem suis insigniis
ornatus ingredi debet, et pauca praefatus de hone
state et utilitate Baccalaureorum et studiosorum
Statuta legat. Atq ita ut supra scriptum est
ornatissima Oratione ad studium pietatis colendae
virtutum, artium linguarum, Philosophiaeq amorem
et lectionum disputationumq omnium admoneat.
si placet videat modum folio. 8

Egregii D. Baccalaurei Sicut D. vestra tene:
mus eam dies observare quos vulgo dicunt cani
culares sive quadragesimales tempus hoc quo
D. vestra lectiones legendas authoresq bonos inceptare:

tandi potestatem ab inclyta Academia, qui publicus hisce lectionis concessam habent. Noluit enim mater indulgentissima ea etiam honoris dignitate et prerogativa D. V. defraudare, qua in parte ne et ego D. V. imo et publicis commodis deesse videar: feci convocationem D. V. pro accipiendis ex ordine lectionibus una cum horis et lectoriis in quibus explicatis D. V. eam adhibebitis diligentiam, ut et iuventus ex laboribus vestris utilitatem, et Academia honorem, et vos ipsi laudem possitis reportare. Ad quam quidem rem multa certe sunt quae vos incitare debeant: primum quidem iuramentum vestrum eam pridem et ad manus decani et publice praestitum diligenter scilicet vos in Acad. per totum a promotione biennium laboraturos. Deinde et leges et statuta Universitatis, quae ego nunc lego etc. Adsunt spes et expectatio de vobis ab Acad. concepta: praesentia insuper studiosorum, quibus vos utilitati inservire debetis: ad extremum honor, expectatio laus quam inde estis relaturi. Quod si aliquem forte laus non movet, aut saltem ignominia quae ignavos et negligentes sine dubio consequi solet, movere debet. Laborabunt itaque D. rationes vestrae sponte et voluntarie, fideliter et summa cum alacritate pro incremento studiorum bonorum et laude Universitatis nostrae. Nunc est messis vestra, in quam si pro votis vestris incubueritis: neque vos frustra lecturos, neque ipsos absque utilita

utilitate audituros mihi certo persuadeo. Te quoque studiosa iuventus adhortor etc. Sed iam tempus est lectiones aggredi. Primus dicat quam lectionem tempore hoc sibi ad praelegendum publice eligere velit etc.

II

Quaerat ex singulis Baccalaureis quid lecturi sint: eorumque nomina cum lectionibus, lectoriis et horis in Commentarium referat. Et si quod lectionem propter lectionem D. Magistri (qui de hac sua voluntate legendi Decanum faciant certiorem) non vacet. Illis narret:

III

Urbibus absentiarum Decanus excitare debebit, etiamsi alii Magistri non legant, aut per se aut per alium et si in urbe non fuerit. Quadragesimae autem tempore si ab aliis lectum non fuerit, etiam ipsi legendum non est.

Forma Convocationis ad audiendam rationes Fiscariorum Feria 4. Pentecostes et die S. Helisab. dari solita

Egregii D. etc. adsit H. D. 1. hora etc. ad audiendam rationem de pecuniis per Dnum Decanum procedentem et D. Fiscarios perceptis. Et ad tollendam partem Fisci, si et in gratiam se ad id sentit habilem, deme omnibus Dominis Doctoribus.

+

et Magistris duntaxat de facultate sub pœna carentiæ et non contradicendi. Observatio

I

Hic Decanus ante lectam Convocationem dicat se ab ipsa consuetudine compulsum ut istas convocationis literas eo die sic dare coactus, quod hic dies sit unus ex illis, quo hoc rationes audiri soleat: et an placeat fieri divisionem et audire rationem

II

Sapiens in ea Convocatione non prius pulsabit quam ratio à Decano et Consiliarijs exacte dicta divisaque fuerit pecunia. Quare Decanus cum alijs qui pertinent ad rationes audiendas ante mentem tempus convocationis, una adminus hora ut quando si 7 Convocatio est data illi conveniant ad hypocaustum commune Maioris domus 16 hora, rationesque audiant et dividant. ad pulsum autem Sapientis reliqui Domini participantes conveniant.

III

Quibus convenientibus Decanus dicat rationes diligentissime factas, nihil praetermissum quod videbatur necessarium. Quaerat etiam ut qui se habilem sentit sortem suam tollat.

IV

Decanus ex Metrica diligentiarum cuiusque diligentias vel negligentias participantis hic

recen

+

recenseat, ut nocentes puniantur et qui nihil designarunt tollant quod suum est.

V

Qui tres disputationes una commutatione neglexit nihil prorsus ex ea divisione tollet: qui duas aut unam punietur 2 gross. pœna debebit.

VI

Sapientibus ex hac divisione bini aut terni grossi dari solent, cum admonitione ut sui officij et muneris sint diligentissimi

VII

Admittuntur eodem die ad participationem D. Magistri, qui summa diligentia biennio post adeptionem suam ad facultatem laborauerunt, lectiones Aristotelicas tantum legerunt, et nullam disputationem in sua classe neglexerunt.

VIII

Habet Decanus convocationem novam ad suscipiendum illos ad participandum qui se petierunt admittere eorumque diligentias ex Metrica cognoscet quas si pares fuerint dissimulari poterunt. Una enim disputatio neglecta mendo etiam duas, biennio non impediunt.

IX

Si admissi fuerint ad participandum Magistri qua-

ternos accipeat mediantes, et manu stipulata policeant Decano se diligenter laboraturos et leges facultatis non resisturos. Dantur ergo tum duae convocationes altera principalis, altera de petentibus illis admitti ad participationem fisci.

Modus faciendae rationis Fiscariorum ex Conclusionibus facultatis Artisticae.

Primo omnium Decanus secum afferre debet statutorum et Conclusionum libros, matricam et lectionum et promotionum. Deinde proderunt suae convocationi Decani praedecessor qui faciet rationem de Fiscorum perceptione. Praesens cum Consiliariis suis ac Fiscarius faciet autem rationem 1mo de negligentiis 2do ex fisco 3tio ex fisco Decani praecedens qui ratione facta singulas summas notabat, quas a singulis ... Summa autem universali collecta ex illa detrahentur 12 gross. Decano, et pro illis si qui admittentur ad participationem bini grossi relinquantur et pro singulis ... grossi 6. deinde dividitur pecunia pro numero participantium. Postea pulsatur pro convocatione 1mo, interim autem diligenter examinatur ne sit aliquod erratum. Item 2do et 3tio.

Postquam

 9

Postquam vero convenerint inducitur Convocatio, si placeat audire rationem, hac praemissa praefatione. ~~Postquam vero conve~~

Quod muneris mei et D. Consiliariorum fuit Magistri v. facta est per nos ratio diligenter eo ordine. 1. Numerus promotorum illius commutationis, siqui ex illis fuerint Generosi aut pauperes quantumque facultati vel negligentiarum à promovendis pervenerit, vel Exclusionum à Decano procedere. 2. Summa pecuniis collecta recitatur. 3. Quot participantes nunc, et quantum cuique cesserit 4. Rogatur num placeat et quantum ... 5. Animadvertitur negligentia cuiusque in ratione. 5. Mercia quae si fuerint colliguntur, et postea dividuntur inter eos, qui diligentius laboraverint. 6to Eliguntur Fiscarii ex participantibus. Consuetudo tamen iam obtinuit ut unus tantummodo pro commutatione una eligatur 7. Tollitur à quoque sors sua iuxta ordinem.

Ratio et Modus Examinandi Baccalaureos ad gradum Magisterii aspirantes.

Observatio!

Quatuor commutationes, post primam lauream effluant et necesse, antequam ad Lauream

+

quispiam expetendam vendicet, exaudiendasque
lectiones omnes quas ad eum honorem consequendum re-
ferret: sin secus biennium 2 aureis redimen-
dus et lectiones facultati cum disputationibus ne-
glectis, ordinariis et extraordinariis

II.

Lectiones et Disputationes extra ordinariae lo
Responsiones et actus tot ad eam rem requiri
quoties Decanus iusserit, aliàs soluendo eius
facultati Phil. III Candidati eorum Laureae
non commendati à suis Praeceptoribus commendatis
Procancellario praesentari (ante vel post Festum
trium Regum) commendatique à moribus eruditione
ingenio, artibus, linguis, het Philosophandi studio
debebunt: cum petitione ut ad tentamen mox ad exa-
men benevolè admittantur, cum testificatione gra-
ti animi. Hoc faciendum circa Calend. Januarii
et praesent. Sub. II nonas Januarij esset. Po-
test autem Praeceptor commendans in hunc sensum
Procancellarium alloqui.
Clarissime vel Rde D. Procancellarie quoni-
am mihi certo cognitum est C. T. examen pro
serendis Laureae candidatis ad eorum petitio-
nem aperuisse, proinde ego discipulos meos
(Catal. N.N. cc.) ad tantum gradum decenter nobis,

obnixè

obnixè peto ut eum C. V. primo ad tentamen,
deinde ad examen non gravatim suscipere,
susceptumque benigne pro innata sibi humanita-
te per totum illud futurum actum tractare dignetur.
Ille autem benevolentiae huius gratum se et memo-
rem perpetuis temporibus fore pollicetur. Est iu-
venis modestus et bene moratus industriaque
praeditus non mediocri. Quantum attinet ad profe-
ctum, is talis est qui iuvenili huic aetati facile
patrocinari possit. Procancellarius videbit, quod
opportunum videbitur.
Solet autem Decanus tempus praesentationis per
Praeceptores antecedentes primo adire D. Procancel.
eique numerum Candidatorum indicare, quos ven-
turos ad petendam de apertione examinis signi-
ficat interimque de voluntate D. Procancellario
discit. Candidati venientes petunt à D. Procan-
cellario aperiri examen, quo obtento, à Praece-
ptoribus suis praesentantur eidem, in qua praesenta-
tione D. Procancel. Candidati aliquid offerre solent
singuli florenum vel Talerum, ad minus medium Taleri

IV

Postquam omnes praesentati fuerunt Procancellarius da-
bit convocationem ad praesentandos serenissimo Lau-
reae Candidatos. Ad quam Decanus venit in mo-

re disputantium in tabardis et Respondibus
sed duntaxat in Toga cũ laxis manicis absq
caputio. et sedet statim post Doctores. Candida:
ti vero disputatũ ornatu amicti venire debent
ad eandem præstationem, chartas lectionum habere
et diligentiam orariam cum testimonio Promo:
tionis suæ, in gradu Bacc: Sapientibus usque ac:
cedentes singuli dare à D. Procan. introduci eo:
dem modo, ut candidati primâ laureâ solent.
Præsentationis munere concesso Procanc: statim
surgens vadit ad fores, et eos singillatim introdu:
cit et præsentat. Deinde iis egredi vestes induunt:
nem ad Tentamẽ et postea ad Examẽ sunt ad:
mittendi: hoc obtento eligit Examinatores. Qui:
bus introductis et data examinis aperiendi
p Universitatẽ potestate Procanc. eligit Exami
natores tres. Decanum scilicet et duos alios quos:
cunque voluerit. Neque enim Decanus facultatis Phi:
cæ prætermitti potest, propter convocationem se:
quentem per eundẽ Decanum faciendam ad ul:
timam determinationem Magistrandorũ: et ut
eosdem Mgrõs promotos, ordine debito et n͠ va:
riato (propter ordinem) in Metricam promoven:
dorum inscribat: alias si non assumetur in

Exami

Examinatorem nihil tenetur facere, quod ad
honestatem et utilitatem Promotorum Magistran:
dorum pertineat.
Nota eodem ordine à Procan: locari debent
quem tenent Candidati inter Bacc. iuxta ra:
tionem ✕ Promotionis et inscriptionis in Me:
tricam, quam Decanus inspectã, Procanc. de or:
dine docebit. V
Omnibus peractis et abeuntibus D. Doct. et
Magistris Procancel: cum suis Examinat: Candida:
tos advocat, eosque hortatur et monet officij ex par:
te vestitus, morum, pietatis, aliarumque rerum necessa:
riarũ oratione luculenta, simulque de Tentaminis tem:
pore certiores facit.

De Tentamine Magistrandorum.

Tentamẽ Candidatorũ ✕ aut pridiẽ aut postridie
Epiphaniarũ fiat in quo fiẽ Quæst. de õibus lecti:
onibus ad gradum duntaxat Magisterij pertinen:
tibus, eodem more quo in prima laurea fieri con:
suevit, tam Decano, quam Procanc: alijsque Exa:
minatoribus interrogantibus. In tentamine no:
mine negligentiarũ vel mediam Marcã vel Flo:
renum, vel plus minus reponere candidati
solent.

Nota Quod de biennio totali Procanc: non pot dispensare, sed tn de partiali: totu enim biennium apud Fiscu solvitur.

De Examine Magistrandorum.

I

Tertio ad summum die post tentamen Examen Candidatorum incipitur: dante Procanc: Quaest. ex Metaph: cu captatione benevolentiae à singulis examinatoribus: et Decano nomine cuius offerre solent 12 vel 15 terniones 20 gross: Cand: Procancellario quoq admiss 15 vel unum aliu taleri pro Quaest. primi numerare solent. Bina hora cu singulis candidatis in hac prima Quaest. Matutinis horis et totidem pomeridianis sunt absolvendae, praemissa tamen invocatione Spiritus S. ab ipsis primorum, et ceteris rebus quae in primo honoris gradu fieri solent. Jam quoq iste mos inoleuit, et ante ipsu examen Candidati in templo aliquo, omnes simul Missam solennem de S. Spiritu decantatam audiant, ad quam et Decanus invitatur, quo etiam procedere ad offertorium exit. Porro hunc Quaestioni praemitti solet à Candidatis Oratio de aliqua re

re hac facta ad Quaest. acceditur.

II

Absoluta Quaest. prima 2da ex dialect. Procan: dabit (non semper tamen istam legem Procan: observat, sed sive primam sive secundam Quaestionem pro libitu suo et beneplacito dat aliquando ex Metaph. aliquando ex Phys. aliqu ex Logicis) sed ita ut fini tamen vel Procancella: cu Decano vel duo Examinatores oppugnent, explicate thema (nulla praemissa Oratione ut in prima Quaest. fieri solet.) Candidat: Pro vnica hac sola consuetudine manente cum singulis agendo erit, benevolentia à duobus tamen petenda erit nempe ab iis à quibus oppugnabuntur vel à Procancell: et Decano vel à duobus Examinatoribus. Omnes quidem et singulos Procancellano à secunda Quaest. numerare aliquid oportet, sive duodenos sive quindenos gross: ut et a prima: non omnibus tamen Examinat: ut iam dictum est, sed iis tamen à quibus oppugnabuntur. Si Procanc: cum Decano oppugnat satis e à Decano solo captare benevolentiam eiq 16 gross. vel plus minus numerare, Procanc. enim iam ante accepit, et rogatus est.

+

Cui et in prima Quaest.) ut benevolo se prae:
stiterit. Quod si duo reliqui iuxta ordinem op:
pugnant, ab utrisque benevolentia est captanda, et
utrisque aliquid est dandum. Quamvis hoc cum
aliorum iniuria esse videtur, alii enim ab uno sal:
tem alii a duobus benevolentiam captare coguntur.

III

Procancellarius, Decanus Maioris Domus
ad examen absque ornatu disputantium veniant:
alius Examinatur Epomidarius tantum.

IV

A tempore initii examinis ad diem Chartarum
spatio fere duarum septimanarum effluere consuevit.
Interim vero liberum et integrum est Procancella:
rio admittere ad Examen Candid. si aliqui se
forte obtulerint.

V

Absolutis duabus Quaestionibus D. Candidati coe:
nam seu convivium Chartarum suis Examinat:
et Praeceptoribus aut etiam (si volent) aliis
Mgris vel omnes simul vel in aliquot partes
divisi faciunt, sumptu mediocri procellu, si
venire recusabuntur, ad coenam ferunt, vi
num et alia dabunt.

VI

+

VI

In medio coenae cum lampadibus accensis (
vel potius vel fieri iam consuevit immediate
te ante coenam) sapientes veniunt, brevi Oratione
gratulaturi felicitatem, valetudinem, et sperá:
tum honorem candidatis, singulisque Modo Char:
tas a D. Procanc. missas (quibus ad examen in:
vitabuntur postero die) offerunt. Pro munere
autem singuli candidati octenos grossos sapien:
tibus offerunt, et qua videbuntur, primus ocius cla
ra voce sapientibus reddet.

x

VII

Postridie Baccalaur. Dialectica Artis Univer:
sa, cum omnibus mathematicis libris. Euclide, Arith:
metica. Musica, Perspectiva Theoricisque planeta:
rum explicari a Cand: incipiet ita ut omnes trid
horis absolvantur tam mane quam vesperi. Deca:
no Themata omnium librorum et capitum dividere,
et distribuere (periende atque in primo gradu Bacc:
scriptio est) Examinatoribus. Eo autem ordine
sebdomadum examen instituetur. Proponuntur The:
mata a Decano candidatis tractanda et
defendenda ex Veteri arte Arist: librorum Priorum:

+) Aliud exemplar Vetypez Canonici Schindler habet:
§. VII. Post chartarum Procancellario ad examen admittere
nullum licet." – Quae sequuntur §. VIII. sunt signata

+

Porro Physic. Lectione Physicorum ad finem perducta, ita post tradita Astrologiae, proponi solet Candid. quaedam Sententias latine, et eas Graece efferant, ut nosce te ipsum γνῶθι σεαυτὸν etc. Postea etiam conscribunt exempla: Admonitio deinde eodem tempore instituitur per Decanum ut Candidati se diligentius praeparent tanquam ad examen, multo gravius ad futurum.
Deinceps proponuntur Themata ex lib. Artis de Coelo, Generatione, Meteoris, Anima, De Sensu et Sensibili, Metaphys. Ethicis, Politicis: Elenchorum quatuor lib. Priorum Themata ex utroque simul, et semel datur Oeconomica Politicis aliquando etiam prout visum fuerit Decano pro sensu et sensibili libris de Anima. His peractis sequitur Metaphys. disciplina, eo ordine. Primo dantur Themata ex Euclide, cui adiungitur Perspectiva: Dantur autem ex utraque Propositiones eodem quo sequuntur ordine: simul binae 2 propositiones ad tractandum Candidatis solent. Secundo loco Theorica Planetarum, tertio ad Extremum Singuli Candidati in Monocordo aliquam Melodiam effingent Examinatoribus iubentibus

IIX

IIX

Procancellarius quemadmodum explicationi Lectionum omnium Quaest. interesse necessario debet, ita explicationi Dialecticae et aliorum librorum. (nisi dum Mathematica explicantur, sic enim requiritur eius praesentia) poterit non adesse. In eius absentia Decanus primas partes tenet:

IX

Completo examine post 4 septimanas, laureantur omnes atque in primo dignitatis gradu feruntur, ubi de Lebens, et obtinent suis examinatoribus apponere. Procancellario etiamsi una non fuerit ab iisdem Candid. cum vinum mittatur grossi aliquot atque ab Examinatoribus atque illis dari solent.

N.B. Nota Singuli Candidati una Marca pro balneis numerare, et ad manus Decani tradere solent.

X

Sapientibus notandum quod in prima laurea dari debet.

XI

Eodem balnei die suscepto fit prandia, quo: cumque loco Procan: visum fuerit: Candidatis novenos aut denos grossos eiusdem susceptionis causa conferentibus et binis etc. Sane Compositam petentiam Procan. et Exam. cum petitione

ut benignè admittantur, benevolentiamque ean:
dem, quam hucusque in aliis rebus sunt experti,
expectent offerentibus. Procan. quod videbit videbit.

XII

Singuli Candidati primò, postea omnes simul
eodem modo atque in uno gradu admittantur.
Aliqui tamen (ut Procan: videtur) omnes simul
privatim recipiuntur cum severissima Procan:
cellarii et Examinatorum admonitione. Hoc etiam
die, si convivium parare Candidati volent
admoneantur, ut de Convocatione ad tractandum
de redimendo prandio, apud D. Rectorem agant.

XIII

Admoneat etiam hoc loco Procanc: (quod
illi toto examinis tempore cum Examinatori:
bus faciendum erat) non solum ut valetu:
dinem curent, sed etiam ut in dicendi artificio,
in artium liber: linguarum et totius Philosophiae
Mathematicarumque cognitione, disciplinarum et
intelligentia praeclarè et cum sua totiusque Aca:
demiae dignitate versari contendant.
Hisque sint moribus ornati quibus decet.

XIV

Candidati secundam laurea disputationem habi:
tam a susceptione publica, ante tentamen et
examen fieri solita, iisque ad licentiaturam u-

uti

uti debent. XV.

In susceptione privata admonebit Procanc:
ut primus in ordine, Medius et Ultimus ipso die
licentiaturae, Quaestionem elegantissimo verborum
ornatu explicatam habeat. Primusque in Physicis, me:
dius in Ethicis, Ultimusque in Mathem: easque sibi omnes
demonstrari iubeat, et praemium suum a singulis dari
sibi portabitur. Singuli autem Candid: Procancel: con:
ferre et dare pro licentiatura solent aureum num:
mum, nonnulli tamen iam binos Taleros exigunt.

XVI

Sive convivium fuerit, sive non, Candidati
tamen bini suo vestitu ornati ad Licentiaturam
Canonicos invitabunt. Collegas autem tertio die
quam hoc fiant, primus ex ordine omnium no:
mine rogabit ad mensam, ipsa prandii et Ma:
iores et Minores: idemque faciunt si aliqui fuerint
Generosi in Urbe.
Eo autem ordine ista fiant.
Post privatam susceptionem non fit postea
illa publica: Procanc: enim autoritate Dei
Omnipotentis, Episcopi Cracoviensis, Cancellarii
sive Universitatis, et sua qua interim fungi:
tur, Candidatos solenniter suscipit privatim.
Sed privatim iam suscepti, adeunt omnes
in habitu Bacal: D. Rectorem, quem rogant de

convocatione. pro redimendo prandio si con:
vivium facere nolint. In qua longè Candidatus o:
mnium nomine ab Universitate redemptionem prã
dij petet: Deinde adibunt eodem Dnum Rectorem,
quem rogabunt, ut det mandatum pro Universitate
congreganda ad licentiaturam. In qua Procanc:
singulos Candid: impositis veterum Philosophorum
nominibus deliberationi commendabit, pro cuiusque
industria, diligentia et moribus.

XVII

Si convivium fuerit. non solum omnem sua
vasa ad coquendum necessaria, et aquam fe
rendam (quorum bona laus relinqui in Col
legio Maiori debebit) sed etiam suas mensas
cum omni ornatu, patellis, poculis, cultris ha
beat necesse est. Hypocaustum denique ac lecto:
rium ornent, et singuli suis mensis ministrent,
gratiasque agant.

XVIII

Decanus Armata omnem Item reliqua in sua
potestate habeat: Minusque sint reliquiis omnium rerum

XIX

Post licentiaturam item ut videbitur Decano
candidatorum rogatu et [illegible]
(solent autem Decano duos taleros vel
plures

iuxta Morum necessarium apponere) convocabit
Decanus D. Mgros et Doctores ad admittendos
illos ad Promotionem. cuius Convocationis iste
erit tenor et ea series
Egregie D. Doctor et Mgr V. adsit D. V. Po
sterno die hora 1 in Hypocausto Communi
Maioris Collegii cum signum campanada:
tum fuerit, ad audiendam petitionem Dnorum Li
centiatorum ad ultimam determinationem ad:
mitti petentium. Decan omnibus D. Doctoribus et
Magris Philos. Professoribus: ex parte Decani
famul. Accipi: Dato loco Convocationi e:
vocabit Decanus per ultimum Mgrum Candida:
tos, quorum longè praestabitur aliquid de Promo:
tione consequenda. Debent autem venire cum
Honestati absque abijs. Decanus audita illorum
petitione iubebit eos discedere et dare locum
deliberandi. Deliberabitur ergo de illis sine
testimonio Examinatorum monita Procancel:
in licentiatura dedit de illis iudicium: nec
enim honestatis, ut Baccalaurei solent adno
tare. debet sed tamen ut Fisco solvant omnia:
alias nisi solvant singula, Fiscariusque non

+

dederit testimonium de illorum solutione non
admittendos ad ultimam determinationem: Pro-
motori etiam Cathedram interdicere: Solent etiam
hac eadem Convocatione aliquorum excessus
si fuerint palam redargui. Revocatis ergo
per ultimum Mgrum Decanus hac denunciabit quod
res ipsa et locus postulare videbitur. tandem
D. Doctoribus et Mgris gratias aget, quia ad Convo-
cationem convenire non essent dedignati.

Nota

Candidati Promotori suo singuli florenum
vel talerum vel mediam marcam si multi erunt
solvere debebunt. Promotor quoque ex eadem pe-
cunia ad maius Collegium et minus aliquid
per manus Praepositi offerre cum gratiõe tenet:

Promotionis Mgrorum haec est ratio.

Primo pueris ad summum seris tantum Pro-
motor lauream eandem decernat. Ideoque brevita-
tis causa, Nisi octo aut novem fuerint
dividi debet in duas partes Promotio ma-
tura primo tamen cum usus obtinuit ut no-
vem etiam simul promoveantur.

2do

+

do Baccalaureo cuipiam Promotor Quaest.
decidendam committat more disputantium ven-
gica absoluta. Baccalaureus discedet ex Cathe-
dra. Promovendi autem Mgri disputatione ona-
ta praecedente sapiente, in Cathedram sensim in-
gredientur et Quaest. à Promotore suo scriptam
memoriter et eleganter recitabunt.

Nota

Magistrandi autem Promotionem, immediate
eadem die mane debent convenire ad Maius
Hipocaustum Collegii Maioris, tractaturi de
rebus quibusdam et nummos daturi iuxta con-
suetudinem, tam sapientibus quam tertiano
et puero Decani.

Nota

Tertio: Absoluta Quaest. Promovendi egre-
diuntur illis foribus quibus ad Hipocaustum
Collegii publicum itur, praecedente Sapiente,
ingressuri aliis foribus et sessuri ordine sub ta-
bula Crucifixi. Promotor autem Orationem in-
terim exordire et summa cum elegantia recita-
bit. Quarto Finita Oratione Promotor sermo-
nem suum ad promovendos convertet, illisque

7

honorē Magisterij decorat capite Biretā et digito imponit annulum librumq tradet Artis aliquem quem sibi delegerit. In Promotione singuli Candidati debent ante se libros Artis habere, in Licentiatura n̄ vero.

Quinto Postea singuli Candidati singula quam brevissimè explicat capita, et Postea explicite Illi ciant commissum Illo disertiendam cui piam ex numero Mgrorū suiē olim suie tunc primū in receta Promoto. Explicatiōe autē finita grās Illi pro beneficio agent honorificē mox quē a Sapiente seorsim debiti debebunt in Numerum Mgrorū.

Octo Ultimo loco Promotor primo Omnipotenti Deo deinde Mc. D. Rectori Ex. Lasibus D. Mgr̄s et studiosis qui Promotioni adesse et perseverare non dedignarint essent gr̄as agēt.

Exemplum literarū pro Gradu Magisterij

Universis et singulis presentes literas lecturis et audituris Mathias Colonius Artium ingenuarum Mgr et Phīa Doctor Decanq facultatis

87

tatis Artisticæ vna cū D. Doctoribus et Magistris suæ professionis in Acad. Crac. salutem. Noveritis oblatos fuisse Anno D. 15.88. post ferias Nativitatis Christi Clarissimo viro D. Stanislao Zaviano cognomento Pico Phīa ac Medicinæ doctori Civi et Consuli Crac. ac vice Cancell. Gymnasii nri quosdam doctrina præcellentes, et optimis moribus conspicuos, Artiū liberaliū Baccalaureos qui fasces Magisterij in ijsdē artibus assequi optaverunt, quorū honestæ voluntati Ille morem gerens, iuxta receptā antiquitus consuetudinem, examen Illis constituit. In quo cognitudinem, examen Illis constituit. In quo digni eo gradu invenientibus publicè in præsentia regis Sigismundi 3tij ac totius suæ Cancellariæ et Magna Clarissimorū Corona facultatē seu et vocant licentiaturā, eum ipsū gradū accipiendi contulit. Quem favoris interventis Liberis Illi maxima cū laude in facie magnorū hominum frequentia à Promotoribus suis acceperunt ex eorum numero etiā fuisse egregium iuvenem D. Ioannem Foxiū Crac. ex Casimiria testa

mur eumq ut insigniter Doctum et apud nos in optimis quibusuis Artibus versatum commendamus commendatumq esse cupimq. In cuius rei fidem maiorem praesentes literas cum sigillo facultatis nrae appenso Mi Lang. Dat e Collegio maiori Calen. A. D. ...

Forma recognitionis super Magisterij gradum.

Nos Martinus Literius Artm liberalium Mgr Senior Contubernij pauperum atq facultatis Philosophicae Decanus. Universis et singulis Dñi nostra scripta visuris, et lecturis salutem omnemq bonorum accessionem a Deo Opt. Max. optamus simulq manifestum esse volumus. Egregium virum D. Stanislaum Cyr.. Cac. in Decanatu Venerabilis viri D. M. Martini Literii Senioris Contubernij pauperum rigido examine praemisso in Mgrum artium consessu publico totius Universitatis, et multorum aliorum clarissimorum virorum, una cum alijs Mgris Phiae Doctorum A. 1588 Creatum Promotumq et insigniaq Magisterij cum doctis disputat. aliosq adhib Doctore

Phia in indignos exercendi facultatem iuxta Universitatis nrae Privilegia qua decet Solennitate recepisse. Id quidem rem esse certo deducimus cum ex eorum et hisce rebus interfuere fide tum virorum dignorum testimonio, tum maxime ex electa rem metrica qua ordine Doctorum et Magistrorum nomina scripta continentur. In quorum nro praefati egregii iuvenis D. Stanislai Cyr. Cac. nomen expresse scriptum comperimus, A quo requisiti testimonium insignij ordinationis eius ... Magistri et Phiae Doctorem publicae creationis, hisce publicis literis nostris eidem damus. Atq pro nostro officio, et Christiana humanitate eundem omnibus volumus esse commendatum, commendamusq per preces ut possit iuvenem singulari virtute praeditum, deq optimis literis bene meritum, satisq egregium probatis cum publicis lectionibus tum disputationibus et moribus suavitate. In quorum omnium fidem et firmius testimonium Sigillum Decanatus praesentibus est appensum. Ego M. G.

Lectionum pro Gradu Baccalaureatus assequendo taxa.

+

Audita — non auditae

Grammatica Lina: gr 4 nunc gr 6
Dialectica Gorseii gr 4 nunc gr 10
Rhetorica ad Heren. gr 4 nunc gr 6
Vetus ars gr 4 nunc gr 12
Libri Priorum Aris gr 4 nunc gr 12
Libri Elenchorum gr 4 nunc gr 11
Libri Posteriorum gr 4 nunc gr 12
Phia Magni Alberti gr 5 nunc gr 5
Libri octo Physic. gr 6 nunc gr 8
Libri de anima gr 2 nunc gr 11
Sphaera et Computus gr 0 nunc 0

Quaestiones seu Exercitia

Auditae — non auditae

Veteris artis gr 6 nunc gr 9
Priorum gr 3 nunc gr 9 m 1 (?)
Posteriorum gr 5 nunc gr 2 m 1
Elenchorum gr 3 nunc gr 9 m 1
Physicorum sub Decanis gr 4 nunc gr. 8
De anima gr 6 nunc gr 9 (vel 11)
Physicorum gr 40
Theses gr 30
Sigillum gr 24 [illegible] ½ gl.

Procuratori Universitatis
Defectus unius anni aureus unus
Defectus biennii aurei duo
Defectus actus unius in Superi et inferi Lecto. vel solvitur gr 3
Defectus 40 actuum solvitur flo. 4
Nunc defectus unius actus solvitur gr 3.

Lectionum pro gradu Magisterlita
(xa

Auditae — non auditae

Topicorum gr 4 nunc gr 11
De Caelo gr 4 nunc gr 9
De Generatione gr 3 nunc gr 9
Metheora gr 3 nunc gr 10
Parva Naturalia gr 3 nunc gr 5
Metaph. Aris gr 6 nunc 12
Ethicorum Aris gr 6 nunc gr 8
Politicorum
Economicorum gr 1 nunc gr 2
Euclides gr 9 nunc gr 9
Theoricae Planetarum gr 4 nunc gr 9
Perspectiva
Arithmetica et Musica gr 9 nunc gr 4

Quaestiones seu Exercitia

Topicorum gr 9 nunc gr 6
De Caelo gr 9 nunc gr 6

De Coelo	gr. 9	nunc gr. 6
De Generatione	gr. 9	nunc gr. 6
Metheora	gr. 9	nunc gr. 6
Parva Naturalia	gr. 9	nunc gr. 6
Metaph.	gr. 4	nunc gr. 6
Tusculanae	gr. 6	nunc gr. 9

Quaestiones pro Ethicis philo-

sophicas

Physicorum gr. 9

Fiscus gr. 40

Sigillum. Marca 1

Defectus bienni Marca 1

aurei 2

Actus et Communicationes aliquot et lectiones Mathematicas solet Procancellarius dispensare

Decani Salarium

Decanus communicationis aestivae accipiet florenos ungaricales 20 pro labore singulos gr. 32 computando. Decanus hiemalis accipiet totidem. Si vero habuerit examen Magistrorum adhuc illi dant 6 ungaricales floreni per gr. 32 compu. tati idq ex illis 40 grossis Physicorum tantum f. Si aliquid ex hac pecunia super.

erat facultati cedit, si deest Decani iactura est

Decanus, si nullam habuerit promotionem accipiet pro labore. 0

Nota 1mo

Decanus liber sit ab exercitiis diebus quibus Convocationes aut actus publici juxta Mandatum M. R. Rectoris celebrantur, sub tempus autem Examinis per alium exerceat.

Nota 2do.

Si festum aliquod inciderit in diem sabbati tunc actus celebrandus est, Feria 6ta. si autem festum fuerit feria 6ta tunc actus non celebratur feria 6ta. Feria 6ta ante festum Pentecostes actus celebrari debet. Baccalaureorum actus die Pentecostes non fit, sed die Sanctissimae Trinitatis fit.

Nota tertio

Si in recognitione lectionis non sit addita, sit liber non computari pro audita

93

THEMATA

D. Candidatis pro gradu Baccal. in examine distributa 1620.

1. Subiectum Grammaticae. Quid sit Ethimologia, et quaelibet pars ex 6to Quod eclipsis et quae sit appellatiuorum.
2. Definitionem nominis et ipsius acceptiones explicabit ex 6to de Adiectiuorum Eclipsi.
3. Quotuplex nomen a rebus sumptum, quo pacto neutra transeunt in appellatiua et infinitiui verborum ex 6to de Pronominis Eclipsi.
4. Adiectiuorum species ex 1o, ex 6to Verborum Eclipsi.
5. De generibus nominum casibus et numeris ex 6to Participiorum Eclipsi.
6. De Pronomine ex 1mo et 6to de Eclipsi Aduerbiorum.
7. De verbo ex 1mo et 6to de Coniunctionum Eclipsi
8. De participio ex 1mo et 6to de Aposiopesi.
9. De Participiali verbo ex 1 et 6 de Silepsi
10. De Praepositione ex 1 et 6to de Prolepsi

11. De Coniunctione ex 1mo et 6to de Pleonasmo
12 Primum genus Antimeriae ex 2do et 6to de Epanalepsi.
13 Secundum genus Antimeriae ex 2 et 6to de Hyperbato et Hysterologia.
14 3tium genus Antimeriae ex 2 et 6. de Thesi et Parenthesi.
15 4tum genus Antimeriae ex 2do et 6 de Synthesi
16 Specierum nominis Enallage ex 2do et 8tio Quid constructio quotuplex, et de intransitiua constructione.
17 Specierum pronominis Enallage ex 2do et 8tio de transitiua constructione, tum quae appellatiua verbalia transeant in genitiuos.
18. Enallage verbi ex 2do et 8tio de Pronominum reciprocatione.
19 Enallage Participii ex 2do et 8tio. quae nomina in accusatiuum et Ablatiuum transeant
20 Enallage Specierum Aduerbii ex 2do et 8tio de Constructione Pronominum.
21. Enallage Coniunctionis ex 2do et quid Prosodia et vnde dicatur.
22 De actiui Constructione ex 4to et quot modis cognoscantur primae syllabae.
23 De passiuorum Constructione et Communium ex 4to de prosodia. quid accentus quotuplex, et Species eius.

24 Neutrorum Deponentium Constructione ex 4to ex Prosodia de Incrementis nominum. 7
25 Constructionis actiuorum ex 4to ex Prosodia de Incrementis verborum.
26 Communes omnium verborum Constructiones ex 4to de Regulis ex Prosodia
27 Reliquorum ab Indicatiuo modorum et Participiorum Constructione ex 4to ex Prosodia quid Deriuatio, Compositio.
28. Ex 4to de Propositionum Constructione, ex Prosodia de Vltimis syllabis.
29. De Aduerbiorum Constructione ex 5to et quid Orthographia et in quo consistat.
30. Interiectionum, Coniunctionum constructione.

Ex Dialectica Cessary.

1. De Propositione hypotetica, quid sit, vnde dicatur de speciebus hypoteticarum et qualitate ex 4to
2 Differentias hypoteticarum Propositionum tum de veritate et falsitate Conditionalis, Copulatiuae, Disiunctiuae.
3 Quid sit modus et quid modalis propositio, et quid modi modales efficiant et quomodo diuidantur ex 4to
4. Quomodo inuestigantur quantitas et qualitas

modalis, tum de qualitate et quantitate modalium, tum de oppositione modalium.
5 De consequentiis sive Aequipollentiis propositionum modalium tum de Conversione modalium et modos contingentes explicabit ex 4to
6 Quid syllogismus Hypotheticus, ex quibus constet et quantum illi conferat Cathegoricus et quot partibus constat ex 6to
7 Modos hypotheticorum sillogismorum tum cur ex copulativis non fiunt sillogismi et de tribus Regulis ex 6to.
8 De ratione Consequentiae et eius divisione et proprietatis illius ex 6to.
9 Summam libri sui definitio quid sit, quo pacto a nomine differat, et descriptione et quid sit descriptio ex 8
10 De triplici Dialecticae definitione, forma, tum quemadmodum alia ab alia differt ex 8.
11 Species definitionum tam Philosophis quam Oratoribus et Poetis communes explicabit ex 8to
12 Ex quo constat definitio substantialis tum de virtute definitionis et vitiis ex 8vo
13 De divisione quid sit quot modis dicatur tum de divisione generis in species et regulis divisionis ex 8vo
14 V. In species an in differentias rectius genera dividantur, tum de divisione totius in partes et quot modis totum dividatur ex 9no Tract.
15 De divisione vocis in significationes, tum de divisiones quae fit secundum accidens ex 8vo
16 Summam libri 9 utilitatem Dialecticae, Quid sit locus, et quid argumentum, et quae eius significatio ex 9no
17 Quid sit quaestio, et quomodo ab Enunciatione et Conclusione differat ex 9no
18 Quo pacto locus sedes argumenti intelligatur et divisionem loci explicabit ex 9
19 Quid sit locus, Maxima, et quid locus differat maximus, quo pacto loci differentiarum maximarum dividantur ex 9.
20 Locos tres a substantia cum usu illorum et cur a substantia dicantur ex 9no
21 Alios locos qui terminorum substantiam consequuntur, tum de locis a toto, partibus, causa, effectu et illorum usu explicabit.
22 Locos a generatione ab usibus et communiter accidentibus cum illorum usu explicabit.
23 Cur externi loci dicantur, et locos ab authoritate a simili, cum illorum usu ex 9.
24 Locos a paribus et Proportione cum illorum usu ex 9
25 Locos a transumptione a maiore et minore ex 9no

26 Locus ab oppositis et repugnantibus cum usu ex gro
27 Locus a transmutatione proportione cum usu ex gro
28 De Locis mediis et quare medii vocent ex g.
29 Locus a Casibus, Coniugatis et a divisione ex g.
30 Quomodo Dialectica probat a demonstratione differat ex gro.

Ex Veteri Arte.

1 Subiectum, titulum veteris artis, usum Praedicabilium explicabit.
2 De genere quid sit, quotuplex et cur primo loco ponitur ex Cap. 1 Porphirij
3 De specie quid sit, tum de eadem Regulas ex Cap 3.
4 Quot modis dicatur differentia, quid sit, quis eius usus ex Cap 3tio
